THEOPHANIS NONNI

EPITOME

DE

CVRATIONE MORBORVM

GRAECE AC LATINE.

OPE CODICVM MANVSCRIPTORVM
RECENSVIT NOTASQVE ADIECIT

I. O. STEPH. BERNARD.

TOMVS I.

CVM TAB. AENEA.

GOTHAE
APVD C. W. ETTINGER.
AMSTELODAMI
APVD J. ST. VON ESVELDT HOLTROP ET SOC.
1794.

MEDICIS NOBILIBVS

D. CHRIST. GOTHFR. GRVNER

SERENISSIMO DVCI SAXO-COBVRGENSI ET SALFELDENSI A CONSILIIS AVLAE SECRETIORIBVS ET ARCHIATRO. SERENISSIMO DVCI SAXO-VINARIENSI ET ISENACENSI A CONSILIIS AVLAE PROFESS. BOTANIC. ET THEORET. PVBL. ORDINAR. FACVLT. MEDIC. ASSESS. ACADEMIAE IMPERIAL. NAT. CVRIOS. REGIAE FLORENTINAE ET ELECTORAL. MOGVNT. SCIENT VTIL. SOCIETATIS REGIAE LONDINENS ET PARIS MEDICAE. DVCAL. LATINAE ET PHYSICAE IENENS. ACADEMIAE PRINCIPAL. HASSIACAE ET OECONOM. BAVARIC. BVRGHVS HARLEMENS. VLISSINGENS. PHYS. EXPERIMENT. ROTERODAMENS. ART. ET SCIENT. RHENO-TRAIECT. ET MOSQVENS. EXCOLEND. LITER. ROSSIC. NEC NON COLLEG. MED. NANCEIANI SODALI.

NEC NON

D. IO. MICHAELI BERNHOLD

COMITI PALATINO CAESAREO PHIL. ET MED. DOCT. SERENISSIMO MARCHIONI BRANDENBVRGICO-ONOLDINO CVLMBACENSI A CONSILIIS AVLAE PHYSICO SVPREMARVM PRAEFECTVRARVM VFFENHEMENSIS ET CREGLINGENSIS ACADEMIAE IMPERIALI NATVRAE CVRIOSORVM ADSCRIPTO.

D. D.

IO. STEPH. BERNARD.



DEDICATIO.

Circumspicienti Almeloveenio, cuinam novam CELSI *editionem nuncuparet, in mentem ei inciderunt nomina duorum ab arte medendi insignium virorum* PETRI PETITI *et* MATTHAEI SLADI, *quorum hic Amstelodami, ille vero Lutetiae Parisiorum medicinam profitebantur. Neque poterat vir egregius judices eligere aut peritiores, aut aequiores, quorum eruditio ac candor singularis orbi erudito dudum notus atque perspectus erat. Nolite igitur mirari* VIRI *alti nominis, si Almeloveenium imitari satagam, ac* VOBIS *inscribo* NONNI *editionem a me adornatam. Flagitat hoc* VESTRA *eruditio ac nominis celebritas; flagitat animus* VESTER *erga me prolixus, cujus monumentum publice exstare aequum duxi. Liceret hic mihi in laudes* VESTRAS *ubertim ex*

 spatiari

ſpatiari ac referre, quot quantisque nominibus VOBIS obſtrictus ſim, ſed animadverto, fore, ut verbis Valerii Maximi utar, ut pondere laudis, quam meremini, obrutus, magis imbecillitatem ingenii mei detegam, quam VESTRAM virtutem, ſicut par eſt, repraeſentem. Enixe vero Vos oro atque obteſtor, ut mihi, VESTRARVM dotium cultori eximio, favorem VESTRVM, quem ſane maximi facio, perennare jubeatis:

perpetuusque animi debitor hujus ero

Dabam Arenaci poſtridie calend. Octobr. cIↄIↄccLXXXXI.

PRAE-

PRAEFATIO.

BENEVOLO LECTORI

S.

Nonni nomine insignitam hanc epitomen vulgavit HIEREMIAS MARTIVS, medicus Augustanus, ex codice Ms. bibliothecae illius urbis, ex qua multi scriptores praeclari prodierunt, tanquam ex equo Trojano heroës. Nonni nomen haud dubie prae se fert codex ille, sed solus. Nam in tribus codicibus Vindobonensibus Oribasii nomen comparet, et praecipue prooemium ex hujus scriptis petitum est, ut ibi notavi. Codex Coislinianus anonymo tribuit hoc opusculum, quod perspicacissimus *Montfaucon* Nonni esse recte subolfecit, Biblioth. Coislinianae p. 448. Vnus vero e codicibus Vindobonensibus diserte THEOPHANIS nomen auctori nostro vindicavit. Floruit utique Constantinopoli medi-

 cus

cus quidam *Theophanes* dictus, cujus nomen ex codice Regio 3502 notum fecit *Du Cange* praefat. ad appendicem Gloſſarii p. 1. cum in cod. 3496. anonymi dicuntur libri hi de Diaeta inediti, quorum praefationes, quod ad ſenſum adtinet, ſatis conſpirant cum prooemio hujus epitomes, et juſſu Imperatoris Conſtantini Porphyrogeniti pariter conſcripti fuerunt. Quae cum ita ſint, ſuspicatus ſum verum nomen auctoris eſſe vel THEOPHANES NONNVS, vel NONNVS THEOPHANES, quorum alterum dignitatis eſt, ut *Actuarius* Ioannis Zachariae, de quo ſcribit *Falckenburgius* epiſtola ad *Sambucum* praefixa *Nonni* Dionyſiacis. „Neque praetereundum „exiſtimavi, quod olim Aegyptii viros et vir„gines pietate ac vitae ſanctimonia inſignes, „*Nonnos* et *Nonnas* appellaverint. Non enim „obſcure quis inde divinaverit, noſtro poëtae „propter ſanctiſſimos et innocentiſſimos mores „illud nomen a ſuis popularibus fuiſſe indi„tum.“ Hujus viri docti ſententiam ſi ſequamur, nec medico noſtro hunc titulum precario datum eſſe fatebimur. Conf. *Du Cange* Gloſſar. med. et inſim. Latinitatis T. II. p. 715. Elucet enim pietas ejus in cap. 259, ubi de fulmine arcendo agit, ac lauri ac ficus virtutem praedicat, addit: ἐν μὲν τοῖς φυτοῖς δαφνὴ καὶ συκὴ. καὶ γὰρ ἡλίου ταῦτα φασὶν εἶναι, non vero Apollini aut Phoebo ſacratas, ut *Phaedrus* lib. III. fab. 17. add. Jo. *Chryſoſtomus* in Pſalm. IV. p. 535. qua in re Chriſtianorum pietatem ſequitur. Nam ut ſcribit *Origenes* contra Celſum lib. IV. p. 196. καὶ διὰ ταῦτα δὴ ἡμεῖς, καὶ διὰ τοὺς τοιούτους μύθους καὶ ἄλλους μυρίους, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος θέλομεν Δία καλεῖν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν,

οὐδ᾽

οὐδ' Ἀπόλλωνα τὸν ἥλιον, οὐδ' Ἄρτεμιν τὴν σελήνην. ἀλλὰ καθαρὰν εὐσέβειαν εἰς τὸν δημιουργὸν ἀσκοῦντες, καὶ τὰ καλὰ αὐτοῦ δημιουργήματα εὐφημοῦντες, οὐδὲ μέχρι ὀνόματος χραίνομεν τὰ θεῖα. *Origenis* sententiam suo exemplo confirmat *Theodorus* apud *Photium* Biblioth. p. 692. Noster c. 185. γυμνάσια commendat, ubi *Paulus* Aeg. κοτταβισμὸν laudat. Similiter circumlocutione uti maluit beatus *Chrysostomus* T. I. p. 108. quam rhetorem dicere cum *Achille* Tat. lib. III. p. 427. et *Theophylacto* Simoc. ep. XI. et κοινὴν εὕρεσιν, quam κοινὸς ἑρμῆς in A. A. Serm. XXXVIII. p. 825. Cautius igitur egit noster, quam theologus ille, qui *Scaligerum* eruditorum deum vocavit, quem eapropter reprehendit Dominic. *Baudius* Epist. Cent. II. ep. 27. p. 300. Poterit igitur in posterum nomen ejus inseri catalogo medicorum pietate insignium, quem concinnavit J. *Bernier* Essais de Medecine P. I. c. 4. Sequitur vero ex his nostrum non *Nonum* vocandum esse, ut fecit *Martius*, praeeunte codice Ms. sed *Nonnum*, quod tanto magis mirum, quod literam N, in vocis medio geminari frequenter scribat *Strabo* lib. XIII. p. 919, et doceat Th. *Reinesius* syntagm. Inscript. CC. XX. n. 54. p. 910. *Nunus*, *Nunnus*, et *Nonnus* scribi promiscue. Sic recentioribus *Nonae* dicuntur Νόναι et Νόνναι auctore *Du Cange* Glossar. p. 1003. Νόννας dixit *Xiphilinus* Domitian. p. 220. Sancti *Nonni* episcopi meminit *Salmasius* ad *Tertullianum* de pallio p. 83. Sancti *Marcelli* uxorem *Nonnam* vocatam esse, jam non recordor, ubi legerim. *Scaliger* Scaligeran. Secund. p. 224. „Beguines. In Gallis vocantur des filles devotes ou „bigottes, a *Beguin* quem gestabant.“ (Aliam

originationem adfert illustris Jo. *in de Betouw* Annal. Noviomag. p. 171.) „Nonnae vocan„tur generali nomine; est vox Aegyptia, quae „virginem significat. Legi ante 40 annos apud „Hieronymum." Nonni cujusdam meminit *Synesius* ep. XLIII. p. 19. Aliquando tamen librarii literas geminare negligunt in vocis medio. Glossae Jatricae MSS. v. ἄμυλος habent ἀλασσόμενος et σακιζόμενος. Auctor de ponder. et mensur. MS. ἡ δὲ διπλῆ ἀπερίσικτος σύνευσις. Noster c. 70. κοριανὸν pro κορίαννον. Sic νάνος et νάννος reperies exaratum. Mitto alia. Aut si *Nonnus* significat *dominus*, ut docet *Du Cange* Glossar. med. et infim. Latinit. l. c. neque noster hoc titulo defraudandus, cum *Theophylactus* Bulg. ep. LV. p. 88. τῷ ἰατρῷ τοῦ Βασίλεως, κυρίῳ Νικήτᾳ epistolam inscripserit, et in cod. MS. Leidens. *Actuarii* de dignot. morb. legas τοῦ σοφότατου Ἀκτουαρίου, κυρίου Ἰωάννου περὶ διαγνώσεως πάθων λόγος πρῶτος. *Nonum* nostrum vocant praeter *Martium*, G. H. *Welschius* de Vena Medinensi et Dan. *Clericus* Hist. Medicin. p. 768. *Nonnum* alii, ut Th. *Reinesius* in Var. Lect. Petr. *Petitus* ad *Aretaeum* p. 232. et 249. Jo. Georg. *Schenckius* in praef. ad observ. et experiment. exotic. Cent. VII. *Montfaucon* Biblioth. Coislin. p. 448. *Sallier* ad *Thomam* Mag. p. 500. et *Eloy* Dictionaire de Medecine T. II. p. 214. *Nonius* cluit *Barchusenio* de origin. et progress. medicinae dissert. XVII. c. 9. p. 288. et Jo. *Jonstono* Hist. Natur. de Quadruped. lib. IV. c. 10. p. 229. ac sic etiam vocatur in Opere Veneto de febribus p. 13. b. *Psello* tribui hunc librum in nonnullis codicibus, notavit Leo *Allatius* diatribe de Psellis, recusa in Bi-

Biblioth. Gr. *Fabricii* T. V. p. 50. ſed vidit probe Pſelli foetum non eſſe, licet eum auctori ſuo vindicare nequiverit. Dubius haeret *Martius* in praefat. an noſter *Romanus natione fuerit, an latino nomine praeditus.* Latino nomine inſignitum quoque credidit *Fabricius* Biblioth. Gr. T. XII. p. 685. ut patet ex illis, quae ibi loci de hoc nomine commentatus eſt.

Juſſu Conſtantini Porphyrogeniti hanc epitomen a ſe concinnatam eſſe, teſtatur auctor in prooemio. Quem vero innuat, cum plures ejus nominis exſtiterint Imperatores, adhuc ſub judice lis eſt. Conſtantinum, Leonis filium, ſtatuit indicari *Lambecius* apud Jo. *Freind* Hiſt. Medic. Part. I. p. 135. ac ſic etiam cenſet Renat. *Moreau* apud *Merklinum* Linden. Renovat. p. 846. *Fabricius* Biblioth. Gr. T. XII. et cel. Chriſtoph. *Saxius* Onomaſt. Literar. P. II. p. 150. Conſtantini Ducae filium fuiſſe arbitratur *Martius* in praef. de qua opinione vid. cl. *Freind* l. c. Arridet mihi ſententia *Lambecii* cum Conſtantini Ducae medicus fuerit *Nicetas*, ut teſtatur *Theophylactus* Bulg. ep. LV. p. 88. cujus etiam, ni fallor, meminit *Ammianus* Anthol. lib. II. c. 23. epigr. 3. niſi ſtatuamus plures eum aluiſſe medicos. Plures enim habebant medicos Imperatores, qui in aula verſabantur, vid. epiſt. 47. quorum unus tantum archiatri titulo ſuperbiebat, ut docet Aegid. *Menagius* Amoenit. Juris Civil. p. 222. et patet abunde ex epiſtolis Archiepiſcopi Bulgariae. Accedit, quod noſter pauca admodum in hoc opuſculo tradat, quae ad chirurgiam ſpectant, licet illa aetate medici nondum diverſi erant a chirurgis,

qui

qui mos demum invaluit tempore *Avicennae*, teſte *Guidone Cauliacenſi* in praef. qui anno 1050 vita functus eſt, vid. *Eloy* Dictionaire T. I. p. 120. Sed noſtri tempeſtate ars chirurgica negligebatur, ut patet ex jambis n. II. quos ante chirurgos veteres edidit doct. *Cocchius* p. 39. vſ. 20. ac ſub Conſtantino Duca denuo vires ſumſit, quod probat carmen III. vſ. 19. p. 40.

Inſuper habuit *Martius* nos docere elenchum graecum, ut illum exhibet codex Mſ. quem etiam addere ſuperſedit *Montfaucon* in biblioth. Coislin. In codice *Pſelli* hunc invenit *Allatius*: Ἰατρικὸν πρὸς Κονςαντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον βασιλέα. σύνοψις ἐν ἐπιτομῇ τῆς ἰατρικῆς ἁπάσης τέχνης, ac ita quoque inſcribitur liber *Pſelli* ineditus, quo uſus eſt Jac. *Goupylus*. Quae vero ex eo adfert ad *Alexandrum* Trall. p. 16. in Nonno non habentur. Veteres medici epitomas conficere operae pretium eſſe judicarunt, quod medicorum πολλὰ δόγματα eſſe viderent, ut teſtatur Jo. *Chryſoſtomus* in A. A. Serm. XXXIII. p. 799. unde adparet, quot ſcriptis medicis caremus, quae interciderunt. Epitomas praeterea concinnarunt, ut lectorum ingenia exercerent, quo ſupplerent ſedulitate ſua ac cogitatione, quae omiſſa crederent: Quem morem tangit quoque *Chryſoſtomus* l. c. Serm. LV. p. 917. De titulis, βασιλεὺς et δεσπότης, Imperatoribus Conſtantinopolitanis tributis conſul. *Du Cange* Gloſſar. p. 180. et 283. Additur praeterea in margine cod. A. Ὀριβασίου, quod librarius eum hujus epitomes auctorem eſſe crederet, niſi voluerit innuere prooemium ab Oribaſio

bafio mutuatum effe Nonnum, licet non ignorem librarios frequenter nomina permutaffe. Vid. quae de carmine *Horatii* ad Pifones narrat *Scaliger* Scaligeran. Secund. p. 434. v. Lucanus. Antiquiores ipfi nomen fuum adponebant, ut *Nicander* Ther. vf. 957. de quo more vid. *Dio* Chryfoft. Or. LIII. p. 555. D. quem pofteriores neglexerunt. Ex cod. C. exulat titulus. Codex D. autem Θεοφάνης πρὸς Κονςαντῖνον δεσπότην τὸν Πορφυρογέννητον βασιλέα, qui mihi placet in primis. Nam veteres in indicandis lemmatibus argumentisque brevitati ftudebant, ut obfervat *Koehlerus* ad *Galeni* Protrept. p. 17. Addit praeterea codex ille ὁ χρυσοβαλάντης De qua voce rogatus a me erud. *Bolla*, fententiam fuam fchedula addita fic expofuit. „Non immerito „haeres in ὁ χρυσοβαλάντης, quod, quidnam fit, „haud facile quis divinet. Suspicor tamen viri „nomen effe, et fi opinionem meam dicere li„ceret, librarium defignari crederem. Saepius „enim horum hominum nomina, ita nude po„fita, in Mff. occurrere, me obfervaffe memi„ni. Eft quidem apud Georg. *Lodinum* locus „Conftantinopoli ob inventum ibi βαλάντιον, „χρυσοβάλανδον dictus: (vid. *Du Cange* Gloff. m. „et inf. Gr.) fed id huc nihil pertinere vix eft, „quod dubitem. Verifimilius mihi videtur „illud a voce χρυσόβαλα vel χρυσοβάλανος deri„vandum effe, et fic fortaffe medici alicujus no„men, ex re inditum effe poffit. At fuperior „ratio magis placet. Aliud adhuc in mentem „mihi venit: Quid fi hoc Theophanis noftri „cognomen fuiffet, et poftea ab alio adjectum „effe? Admonuit me praecedens comma." Ingeniofe quidem haec prolata a viro doct. ego vero

vero nihil definio, licet clam me non sit hominem quendam fraudulentum *βάλλαντα* dictum fuisse, de quo vid. *Synesius* ep. 128. p. 77. cujusmodi fraudem ex *Augustino* protulit *Menagius* amoenit. juris civil. c. X. p. 55.

Licet *Martius* editionem suam non κατὰ τὸν νῦν κεκρατηκότα τύπον τῶν ἐκδοσέων adornaverit; tamen ἀνὴρ ἀξιόλογος habendus, et

Laus illi debetur, et a me gratia major,

quod eum a situ et oblivione vindicaverit. Nam, ut scribit *Seneca* Natur. Quaest. lib. VI. c. 5. de veterum opinionibus: *Nova omnia erant primo tentantibus, post eadem illa limata sunt: et si quid inventum est, illis nihilominus referri debet acceptum. Nulla res consummata est, dum incipit.* Editionem *Nonni* moliebatur medicus itidem Augustanus doctissimus G. H. *Welschius*, ut testatur in opere erudito de Vena Medinensi c. X. p. 264. quam si absolvere potuisset, cultior omnino proditurus fuisset *Nonnus.* Auctorem hujus operis ex prooemio colligit Leo *Allatus* l. c. *aetate provectum, experimentis celebrem artisque exercitio eruditum fuisse.* Quod ejus judicium parum firmo nititur tibicine, cum cuncta illa, quae in eo admiratur, non nostrum agnoscunt auctorem, sed *Alexandro*, *Paulo* aliisque debentur, ut hoc jam observavit cel. *Freind*, ac post eum doct. Ed. *Milward* a letter to Sir Hans *Sloane* p. 9. Monuit me per literas vir admodum reverendus atque celeberrimus C. C. *Langhans*, de Nonno *Hambergerum* in notitia auctorum statuere, *breviarium*

rium ejus ex alio auctore, cujus nomen non conſtat excerptum eſſe, ſed in aliena civitate peregrinatur vir doctus.

Caco noſtrum nobis furaciorem depingit erud. *Freind*, cum ſibi tribuat, quae aliis ſublegit, nulla facta mentione eorum, per quos profecerit, nec faventius de eo judicant doct. *Cocchius* praefat. ad chirurgos veteres p. X. et Ed. *Milward* l. c. Vellem omnino nobis indicaſſet, unde cuncta hauſerit. Magno id mihi fuiſſet adjumento, quo lectiones a librariis depravatas detegere ac in integrum reſtituere licuiſſet, quod nunc non, niſi gravate ac multo cum taedio praeſtare quodammodo potui. Vere namque ſcribit *Theophylactus* Simoc. Quaeſt. Phyſ. XIX. *οὐδὲν γὰρ ἔσθ᾽ ὃ μὴ τοῖς πάλαι κατώρθωται, τὸ δὲ περιτυγχάνειν προχειρότατα, οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον*, vel ut *Pindarus* Olymp. Od. XIII. p. 42.

— *ἅπαν δ᾽ εὑρόντος ἔργον.*

conf. Jo. *Langius* Epiſt. medicin. lib. II. ep. 57. p, 758. Obtinuit mos apud recentiores, ut celatis antiquorum nominibus, eorum verbis, tanquam ſuis, uterentur. Qua de re jam queſtus eſt *Plinius* praef. ad H. N. p. 4. *Virgilium* verſus integros ex *Lucretio* ſumſiſſe obſervavit A. *Gellius* N. A. lib. I. c. 21. Taceo *Simeonem* Sethi et *Marcellum* Empir. quem *Scribonium* Larg. operi ſuo integrum inſeruiſſe teſtatur, praeter viros doctos apud *Almeloveenium* ſyllabo plagiariorum p. 26. noviſſimus *Scribonii* editor. in praef. p. VIII. cl. Jo. Mich. *Bernhold.* Sic viri docti ſuſpicantur *Gariopontum* methodicorum caſtra ſecutum eſſe, vid. *Keſtneri* Hiſt. Medic.

Medic. p. 175. ſed adfirmare auſim *Garioponto* methodicos ne quidem notos fuiſſe, ac ubi cum horum placitis congruit, id Theod. *Priſciano* ſublegit omne. Neque obſtat, quod noſter ex *Alexandri* et *Pauli* hortulis plurima ſumſerit, licet ab eius aevo non longe remoti ſint, cum *Cyprianus* quaedam iisdem verbis ex *Minutio* Fel. deſumtis, tanquam ſua, dederit, cum parum admodum temporis inter utrumque effluxerit. Alia exempla adfert *Clemens* Alex. Stromat. lib. VI. p. 628. A. De Jo. Salisberienſi vid. *Pithoeus* Pithoean. p. 506. Alia exhibent *Chevraeana* T. I. p. 301. Potuiſſet noſtri nomen inſerere ſyllabo plagiariorum p. 30. *Almeloveenius*, ſed videtur ei Nonnus ignotus fuiſſe, ſaltim non lectus. Fortunam ſcaevam expertus eſt epitomator noſter, adeo, ut medici, qui Alexandri, Aëtii, Pauli, aliorumque medicorum noſtra tempeſtate meminerunt, ejus nomen praeterierint, ut Jo. *Langius*, qui tamen veteres Graeciae medicos bene triverat, et ejus exempla ſe oculis eruditorum ſubduxerint, ita, ut nob. *de Villoiſon* mihi ſignificaverit Pariſiis nullum praeter unum reperiri. Quod mihi non mirum accidit, cum *Winckelmannus* epiſtola ad Jo. Jac. *Reiske*, hujus commentario de rebus ad eum pertinentibus ſubjuncta p. 815. ſcribat Florentiae exemplar nullum typis deſcriptum exſtare *Apollonii* Rhod. Sic dolet H. *Valeſius* in epiſtola Mſ. ad Iſ. *Voſſium*, quae inter alias bene multas adſervatur in bibliotheca Remonſtrantium Amſtelodami, ſe *Photii* bibliothecam, excuſſis in hac civitate (Pariſiis) bibliopolarum omnium officinis, reperire non potuiſſe. Conf. cel. *Sallier*, vel cel. *Sevin*, ut perhibet nob. de

de *Villoiſon* ad *Longum* p. 237. ad *Thomam* Mag. p. 100.

Inſectantur noſtrum potiſſimum viri docti, ob ea, quae cap. XXXIII. et XXXVI. totidem verbis ex *Alexandro* Trall. translata ſunt, ſed ut verum fatear, ſuſpecta dudum haec capita mihi fuerunt, quod prolixiora et verboſiora videbantur, quam epitomen decebat; unde in eam deveni opinionem illas lacinias ab alio noſtri panno adſutas fuiſſe, quam ſuſpicionem confirmarunt codices Vindobonenſes, a quibus abſunt ea, quae e Tralliano apud noſtrum leguntur. Neque hic tantum hoc obtinet, verum et capita LXXIV. et LXXVIII. cum ex eodem ſcriptore petita ſunt, omittuntur in codd. Mſſ. Capite LXXXII. in fine quaedam ex *Alexandro* derivata ſunt, quae pariter e codicibus exulant. Caput LXXXIII. cum tribus ſequentibus, cum Alex. auctorem habeant, codices non agnoscunt: conf. c. LXXXIX. Plura lectori inter legendum occurrent. Non igitur culpandus noſter, quam is, qui illa inſcio ac invito Theophani obſtruſit. Duo capita habentur de ſputo ſanguinis, nempe 128. et 132. quorum alterum ab aliena manu intruſum arbitror, niſi quis velit ſtatuere noſtrum duas libri hujus ἐκδόσεις edidiſſe, unde duo capita ejusdem argumenti nata ſunt.

Cum aliter non conſtent haec ſacra, ut Nonnum emacularem, Galeni ac reliquorum medicorum monumenta evolvi ac cum noſtro contuli. Praevidi quoque multum lucis me foeneraturum, ſi codices Mſſ. in auxilium vocare liceret. Laudandi hic mihi ſunt viri doctiſſimi et

 huma-

humanissimi, quorum benevolentia adjutus collationes codicum Vindobonensium nactus sum. Celeb. GRVNERI commendatione aditus mihi patefactus est ad amicitiam doct. ac experientissimi medici, P. Josephi FERRO, cujus hortatu codices bibliothecae Caesareae cum editione *Martii* contulit ac ad me transmisit vir eruditissimus Jo. Bapt. BOLLA, cujus etiam indicio didici non duos tantum nunc codices adservari, ut, *Lambecio* duce, scripsit cl. *Freind* l. c. sed quatuor, quorum codicem XXVI. designo in notis per literam B. codicem vero XXVII. per A. cod. XXXII. per C. et cod. L. per D. *Hos codices aetatis non multum diversae esse*, adjecta schedula, me monuit vir praestantissimus. In codicibus B. et D. epitome haec in libros divisa est, quod pariter ex *Lambecio* jam notaverat *Freindius*: at distinctio haec in codice Augustano observata non est, licet ejus vestigium supersit cap. 205. καὶ ὅσα — εἴρηται ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ, intelligit autem caput praecedens 204. nisi quis πρώτῳ dictum velit pro προτέρῳ, vid. Jo. Henr. *Maji* observ. sacr. lib. III. p. 129. Noster prooemio: πρότερον ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι, ubi cod. B. πρῶτον exhibet. *Nonnus* Ev. *Joannis* c. XV. vs. 74. πρῶτον ἐμὲ στυγέεσκε, ubi πρῶτον per πρότερον exposuit *Sopingius* in ora sui exemplaris. Neque praetereundus venit vir nobilissimus ac celeberrimus d'ANSSE DE VILLOISON, cujus humanitati ac amori erga literas elegantiores debemus codicis Sangermanensis collationem, notatam litera E. quam eo impulsore adornavit medicus nobilis Parisinus, DIAMANTES CORES, natione Graecus, natus Smyrnae, quo labore inglorio ac taedioso ita functus

est,

eſt, ut peritiae ejus in literis graecis ac ſagacitatis inſignis veſtigia ubique eluceant. Nam non variantes lectiones modo ſedulo excerpſit, ſed locis corruptis talem adtulit medicinam, ut eruditionem non proletariam prodant ejus conjecturae, quibus lectorem nolui defraudare easque inſerui ſuis locis. Occupatur vir ille doctiſſimus in emaculando Hippocrate ac emendationes prelo ſubjiciendas premit, quas praeclaras fore ex hoc ſpecimine colligere eſt facile. Codex Sangermanenſis orbi erudito innotuit opera et ſtudio B. *Montfaucon* in biblioth. Coisliniana p. 448. illum minutiſſimo charactere exaratum eſſe ſignificavit mihi per literas erud. *de Villoiſon.*

In notis praecipue operam dedi, ut loca depravata in integrum reſtituerem, in quem finem recentiores quoque in conſilium adhibui. Omnia tamen ad graecae linguae genium normamve refingere, foret oleum et operam perdere. Vnde ſe mihi non probat diligentia nimia viri doctiſſimi, Th. *Guidotii*, qui *Theophilum* de urinis vel invitis codd. Mſſ. bene graece loqui docuit. Verum ut apes in omnibus quaerunt, non ex omnibus carpunt; ita ego pauca decerpſi, multa praetermiſi. Aliorum ſcriptorum loca minus ſana tetigi quoque, ut hac ratione philologos ad Nonni lectionem adlicerem aut invitarem, ſed aliorum opiniones refellere ſuperſedi. Non enim mihi convenit cum *Seneca* Natur. Quaeſt. lib. VI. c. 16. qui *quae improbamus, damnare potius, quam praeterire* voluit. Placet magis ſententia *Eveni* Parii. σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ᾽ ἐςὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε. Poſſum quoque me tueri

 exem-

exemplo N. *Heinſii*, cujus verba vide ad A. *Sabini* epiſt. III. p. 863. Quodſi vero evenerit, ut inſcius emendatiunculas protulerim ab aliis occupatas, eodem viro ſummo defenſore iterum utar, quem vide ad *Ovidii* Art. Amator. lib. II. vſ. 660. Pauperis eſt, τὸ λεγόμενον, numerare pecus, neque mihi unquam mens fuit

— raptoque excellere cultu.

Auſcultavi ſemper priscae legi, NE QVID ALIENVM TOLLAS IN ARMVM. Antiquorum loca ſedulo adnotavi, quo conſtaret, unde ſingula hauſerit noſter. Hippocratis loca, quibus ei lux quaedam adfunditur, ſatis habui indicare, verbis ipſis omiſſis. Vix enim reperiri arbitror medicum, ne inter ἀγελαίους quidem, in cujus ſupellectile libraria Coi ſenis opera non exſtant; aut ſi talis inveniatur, ita de eo ſtatuo, ut *Alcibiades* de ludimagiſtro, apud quem fruſtra quaerebat Iliadem Homeri, quam hiſtoriam refert *Aelianus* V. H. lib. XIII. c. 38. aut illum ἰατρὸν γεγραμμένον reputabo, qualem deſcribit *Ariſtoteles* de P. A. lib. I. c. 1. p. 1105. et Jo. *Chryſoſtomus* in Pſalm. XI. p. 605.

Non latuit interpretem, Nonnum ex *Alexandro*, *Aëtio* et *Paulo* Aegin. ſapere; Nam frequenter *Guinterii* Andern. verſionem pro ſua nobis obtrudit, neque tamen auſus eſt graeca, etiam ubi erant inquinata, ex Paulo aliisve emendare, unde ſuspicarer eum anxie codicis ſui lectionem ſecutum eſſe, niſi adfirmaret *Welſchius* l. c. ſe Nonnum ad fidem ejusdem codicis emendatiorem daturum. Vnde vereor, ne idem acciderit *Martio*, quod exſcriptori non ſatis at-

tento

tento *Malelae*, qui vitia quaedam nova creavit, ut obſervat *Hodius* in prolegomenis. Memorat *Mercklinus* l. c. noſtri librum *de febribus* exſtare in opere Veneto de febribus p. 14. ſed liber ille nihilo plus continet, quam capita, quae in hoc epitome de febribus leguntur ex verſione *Martii* intemerata, niſi ubi excuſoris oculus aberravit, ut hoc clare mihi conſtitit, poſtquam doct. *Bolla*, pro ea, qua me proſequitur, benevolentia apographum ad me transmiſit, quod, ut Lectori pateat, ac ne quis me temere aliquid omiſiſſe ſuspicetur, huic editioni ſubjunxi.

Compoſitionum farrago plurima apud nostrum, quod merito damnat Jo. *Langius* Epiſt. Medic. lib. I. ep. LIV. p. 254. ſed non nimia, ſi *Scribonium* Larg. audias, et *Asclepiadem* apud eum et apud *Celſum* epiſt. ad *Calliſtum* p. 749. Hinc *Iſocrates* or. de pace p. 396. ὅτι τῶν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται. Ac *Iſidorus* Peluſ. ep. 251. οὐ γὰρ πάντες τοῖς αὐτοῖς χαίρουσιν, οὐδὲ πάντες τοῖς αὐτοῖς θεραπεύονται βοηθήμασιν· ἀλλ᾽ ὅσος τῶν παθῶν ὁ ἐσμὸς, τοσοῦτος καὶ ὁ τῶν θεραπειῶν. Rectius *Primeroſius* de vulgi error. lib. I. c. 15. p. 45. *Non remediorum copia, ſed utendi ratio medicum facit*, quae totidem fere verbis tradit Jo. *Chryſoſtomus* T. VII. p. 711. ed. Eton. et p. 902. quibus parum morigerum ſe geſſit inter recentiores Lazarus *Riverius*, cujus praxin medicam, cum formularum copia redundaret, praxin empiricam vocitabant Pariſienſes, teſte Th. *Bartholino* Epiſt. Medicin. Cent. I. ep. 9. p. 29. ut Guidoni *Patino* gratificarentur, qui eum oderat, ut colligo, ex illuſtr. *Halleri* commentario ad *Boerhaavii* method. p. 886. Laudandus noſter, quod

membris orationis brevibus ac concifis cuncta expreſſerit. Nam recte *Theophilus* Corydaleus Expoſit. Rhetor. apud *Fabricium* Biblioth. Gr. T. XIII. p. 696. κώλων δὲ τὰ μικρὰ καὶ κομματικὰ, μάλιςα συμβάλλεται πρὸς ἐναργείαν. Neque, quod de Auguſto narrat *Suetonius* lib. II. p. 295. *praepoſitiones verbis addere, neque conjunctiones ſaepius iterare* dubitavit. TV vero, Lector benevole, vale ac hisce fruere. Ἡμῖν δὲ τὰ μὲν γραφέντα καλῶς, μὴ μετεχέτω Φθόνου· τὰ δὲ ἀγνοηθέντα τύγχανέτω διορθώσεως ὑπὸ τῶν δυνατοτέρων, ut ait *Diodorus* Sicul. lib. I. p. 9. *)

*) *Noni* medici clariſſimi *de omnium particularium morborum curatione*, ſic ut febres quoque et tumores praeter naturam complectatur, *Liber*, nunc primum in lucem editus, et ſumma diligentia converſus per *Hieremiam Martium*, Medicum phyſicum Auguſtanum. Argentorati. Excudebat Joſias Rihelius. M. D. LXVIII.

TABV-

TABVLA

ORDINEM LIBRORVM IN CODICE VINDOB. D. SISTENS.

Πίναξ *) ἀκριβὴς τοῦ παρόντος βιβλίου.

Πιναξ τοῦ ά. βιβλίου.

Περὶ τριχῶν ῥεουσῶν Α'.
Διαφυλακτικὰ τριχῶν Β'.
Αὐξητικὰ τριχῶν Γ'.
Μελάσματα τριχῶν Δ'.
Περὶ τοῦ ποιῆσαι ξανθὰς τρίχας Ε'.
Περὶ πιτυριάσεως ς'.
Περὶ φθειριάσεως ἐν τῇ κεφαλῇ Ζ'.
Περὶ ἀχώρων καὶ κηρίων, ὃ λέγεται γλυκὺ Η'.
Περὶ ἀλωπεκίας καὶ ὀφιάσεως Θ'.
Περὶ κεφαλαλγίας Ι'.
Περὶ τῶν ἐξ ἐγκαύσεως κεφαλαλγούντων ἤγουν ἐξ ἡλίου καὶ οἴνου ἢ πυρετοῦ ΙΑ'.

*) Πίναξ. De hac voce consul. *Berkelius* ad *Stephanum* Byz. de Urb. p. 66.

Πρὸς

Πίναξ τοῦ βου βιβλίου.

Πίναξ τοῦ γου βιβλίου.

Πρὸς

Πίναξ τοῦ δ βιβλίου.

περὶ

Περὶ

Πίναξ τοῦ ε βιβλίου.

περὶ

*) Evanuiſſe capita α, β, γ, δ, in codice antiquiſſimo notatavit doct. *Bolla.*

περὶ

Πίναξ τοῦ ἕκτου βιβλίου.

περὶ

Πίναξ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου.

LECTVRIS
S.
BIBLIOPOLA.

Dum operae ad finem properant, tristissimus mihi venit nuncius, BERNARDVM, editorem THEOPHANIS NONI clarissimum, mense Augusto anni praeteriti diem suum obiisse, senem annis bene maturum et venerabilem, meritis gravem, studio medicinae veteris praeclarum. Id quod et medicorum graecorum editione, et amore graecarum latinarumque litterarum satis superque probavit, eumque amorem non, nisi cum morte posuit. Sit ei terra leuis! Biennio ante mihi tradidit THEOPHANEM NONVM, medicum graecum adhucdum incultum temereque neglectum, sed eius opera ita laeuigatum et perpolitum, vt nouo cultu veluti iuuenescere videatur. Amabat hunc, vt filium, eumque ante obitum operis emissum iterum iterumque optabat exosculandum. Non licuit mihi per negotia fauere bono seni, non ei fatum fuit editioni superuiuere, sed hicce liber, cui tantam diligentiam impenderat, non permittet, vt gloriae suae superuixisse perhibeatur. Magni viri est intra magna facinora consistere, post labores bene exantlatos

antlatos cedere fatis, et ad deum propitium bonorum largitorem redire. Suaue ac iucundum eſt ſuo demum die mori. Molliter oſſa cubent!

Superaddenda editioni nouae cumuli loco exiſtimarat ea, quae poſt frontem editionis Martianae leguntur, GASSERI verſus, epiſtola nuncupatoria, in qua parum eſt, quod ad NONI aetatem pertineat, ZELII verſiculi, notitia, quam Io. ALB. FABRICIVS Bibl. Graec. T. XII. p. 685. et Io. CONRAD. BARCHVSEN De Orig. et Progreſſ. Medicinae Diſſert. XVII. c. 9. p. 288. ſcripſerant, ſed haec partim non pertinent ad rem, partim copioſius et concinnius ab b. auctore diſquiſita videntur. Hinc iſtas reliquias, vt ſuperfluas et alieno loco poſitas, exulare ab noua BERNARDI editione volui, quam iuuenes praeclare docti CHRIST. GOTTL. GVMPERT, M. D. et Io. GODOFR. AVG. SPARR omni, qua fieri potuit, accuratione ac diligentia ab operarum vitiis expurgarunt. Indicem rerum memorabilium, quem ipſe BERNARDVS, conſignarat, alteri volumini ſubiiciam. Valete ac fauete NONO. Scripſi Gothae III Calendar. April. cIↄIↄcclxxxxiiii.

INDEX

INDEX
CAPITVM.

Cap.

THEO-

THEOPHANIS NONNI
EPITOME.

PARS PRIMA.

Thomas Bartholinus Epist. Medic. Cent. III. ep. LXII. p. 248. Pessime studiis suis consulunt, qui ita recentiorum scriptis se immergunt, ut veteres vel negligant, vel contemnant, quum plerarumque rerum lux ex illis pendeat. Pleraque certo recentiorum inventa apud veteres per nebulam adumbrantur.

ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ ΝΟΝΝΟΥ

ΠΡΟΣ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ ΤΟΝ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗ-
ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΣΥΝΟΨΙΣ ΕΝ ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΗΣ
ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΑΠΑΣΗΣ ΤΕΧΝΗΣ.

A D

CONSTANTINVM PORPHYRO-
GENITVM.

ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ ΝΟΝΝΟΥ

ΠΡΟΣ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ ΤΟΝ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΣΥΝΟΨΙΣ ΕΝ ΕΠΙΤΟΜΗ, ΤΗΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΑΠΑΣΗΣ ΤΕΧΝΗΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ αὐτοκράτωρ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων

τὰς προσταχθείσας] Initium prooemii mutuatus est Nonnus ab *Oribasio*: ita enim ille Collect. Medicinalium lib. I. p. 5. apud *Photium* Biblioth. p. 557. et apud nobilem medicum Christ. Godofredum *Grunerum* ex codice Bibliothecae Mosquensis. *Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, αὐτοκράτωρ Ἰουλιανέ.* Pari modo *Dieuchidas* Megaricus orationis initium ex *Hellanico* traduxit, ut refert *Clemens* Alexandr. Stromat. lib. VI. p. 629. A. Laudatur vero Oribasius a Crinagora propter illa collectanea, *Antholog.* lib. IV. c. 13. epigr. 8.

Εἶχε γὰρ οἷα μέλισσα σοφὸν νόον, ἄλλοθεν ἄλλα
Ἰητρῶν προτέρων ἄνθεα δρεψάμενος.

quod, an nostro quoque conveniat, iudicet lector. Sed codex A Bibliothecae Vindobonensis ignorat vocem *προοίμιον*, ejus loco habet ΒΙΒΛΙΟΝ Α'. et *προσταγείσας*.

ἐπιτομὰς] Compendia requisivisse videntur veteres, ut illa in itinere secum haberentur. Habebant enim in vehiculis locum destinatum libris, cuius rei auctor mihi est ac testis locuples *Libanius* Ep. 938. p. 438. conf. *Plinius* Epist. lib. III. ep. 5. Nam volumina colligata ac recondita in capsis, quales exhibuit Jac. *Sponius* Miscell. Erudit. Antiquit. p. 216. facile erat secum vehere. Plures olim epitomas concinnarunt: *Metrodori ἐπιτομὴν τῶν ῥιζοτομουμένων* laudat *Plinius* H. N. lib. XX. c. 20. Similem nostri concinnasse videtur *Aelius Promotus*, ut colligo ex relatione Jo. Jac. *Reiskii*, commentario de rebus ad eum pertinentibus germanico idiomate conscripto p. 113. diversa tamen esse declarat locus ab Hieron. *Mercuriali* Var. Lect. lib. III. c. 4. prolatus, ubi praeterea patet *Reiskium* non satis excussisse codicem, dum adfirmat nullum antiquum scriptorem deperditum

AD
CONSTANTINVM PORPHYRO-GENITVM.

PROOEMIVM.

Quod tuo iussu, Imperator Dive, compendium de praeceptionibus medicis collegi, maturavi, quantum in me

perditum laudari, cum ex *Theopompo* et *Euphocione* quaedam proferat. Epitomas conficere operum sparsiorum antiquissimum institutum est, tam Graecis, quam et Latinis celebratum, scribit Th. *Reinesius* epist. 46. ad *Rupertum* p. 410.

θειότητος] *Theophilus* ad Institut. p. 3. *ὁ θειότατος βασιλεύς*. conf. lib. I. tit. 5. p. 39. et alibi. *Simeon* Sethi procem. p. 1. *προσαγαγεῖν τῷ ἐνθέῳ κράτει τῆς βασιλείας σοῦ*. *Eusebius* H. E. lib. IX. c. 1. *ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, θειοτάτων αὐτοκρατόρων*. *Heliodorus* lib. V. p. 213. *Manetho* Apotelesm. lib. I. vs. 280.

Γεννῶσιν βασιλῆα θεὸν βροτὸν ἀνθρώποισιν.

conf. *Du Cange* Glossar. p. 48. De Caro illustr. *Cuperus* de Elephant. Exercit. II. c. 8. p. 197. quibus iunge Io. *Rhodium* ad *Scribonium* Larg. p. 12. et p. 27. Solent autem recentiores gloriari se iussos ab imperatoribus vel ab aliis viris honoratioribus, libros conscripsisse, ita, ut noster, *Simeon* Sethi l. c. *Demetrius* Pepagom. p. 2. *Actuarius* de affect. spir. animal. lib. I. p. 1. *Scribonius* Larg. ep. p. 6. et Cael. *Sedulius* carm. dedicat. ad Theodosium. In *Photii* Bibliotheca quamplurima extant exempla. Erant autem imperatores Romani artis medicae studiosi, vide, quae de Manuele Comnen. memorat *Cinnamus* Hist. lib. IV. p. 206. et de Gratiano *Ausonius* Gratiar. action. p. 203. Neque id displicebat medicis, nam, ut ait *Plutarchus* T. III. p. 1390. *καὶ γὰρ ἂν ἰατρὸς ἢ φιλόκαλος, ἥδιον ὀφθαλμὸν ἰάσεται τὸν ὑπὲρ πολλῶν βλέποντα καὶ πολλοὺς φυλάσσοντα*, quam sententiam etiam urget *Isocrates* ad Nicocl. p. 34. conf. *Synesius* de Regno. p. 2. et Regis Antigoni epist. ad Zenonem apud *Diogenem* Laërt. lib. VII. p. 439. et *Origenes* contra Celsum lib. VII. p. 372. Adrianum medicinae peritum fuisse tradit *Caryophilus* de usu thermar. p. 35.

ἰατρικῶν] Cod. E. *ἰατρῶν*.

μάτων συναγωγῆς, ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν διὰ συντομίας ὁμοῦ καὶ σαφηνείας πάσης τὴν ἰατρικὴν ἐπελθεῖν· μηδὲν κατὰ δύναμιν τῶν ἀναγκαίων ὑπερορῶν, ἕκαστον ἐκθέμενος τῶν παθημάτων, πρῶτον μὲν τὰς αἰτίας τούτων ὑπαγορεύων σαφῶς· δεύτερον δὲ τὰς σημειώσεις, δι' ὧν ῥᾳδίως γνωσθήσονται, εἶθ' ἑξῆς τὴν θεραπείαν, δι' ἣν πάντα κατὰ τέχνην θεραπεύσωμεν, πρότερον ἀπὸ

κεφαλῆς

θεωρημάτων] *Plutarchus* T. III. p. 1745. *ἐκείνοις (ἰατροῖς) μὲν γὰρ ἐξαρκεῖ τὰ ἔσχατα τῶν αἰτιῶν θεωρῆσαι. κ. τ. λ.*

συναγωγῆς] addit Cod. E. *γράψαι βουλόμενος.*

κατὰ τὸ δυνατὸν] De hac locutione Graecis familiari vid. Schol. *Theocriti* ad Idyll. I. vs. 42. Noster mox *κατὰ δύναμιν* et c. 7. *εἰ δυνατόν. εἰς τὸ δυνατὸν* Epist. *Socrat.* XIV. p. 37. *πρὸς ὅσον δυνατὸν Heliodorus* lib. III. p 157. *Oribasius* loc. cit. *ὡς οἷός τε εἰμί.* Eodem fere modo librum VI. contra Celsum inchoavit *Origenes* p. 332. Pari modestia *Gregorius* de Dialect. p. 297. *κατὰ τὸ δυνατὸν* dixit. *Chariton* Aphrod. lib. IV. c. 6. p. 74. *κατὰ τὸν δυνατὸν τρόπον.* ubi vid. *Dorville* p. 414. Medici Graeci antiquiores ab omni jactantia alieni fuerant, minus Romani, ut evincit locus *Arriani* in *Epictetum* lib. III. c. 23. p. 326. verto autem *quam potui*, vid. N. *Heinsius* ad *Ovidii* Rem. Amor. vs. 325.

συντομίας] Brevitatem laudabant Stoici, vid. *Diogenes* Laert. lib. VII. p. 472. et Rhetores, ut refert Jo. *Tzetzes* Chil. XI. vs. 255 *Synesius* de Febr. c. 1. p. 16. Quam difficile sit perspicuitatem conjungere cum brevitate declarat *Isidorus* Pelus. epist. 95. p. 505. Cod. MS. A. *διὰ σαφηνείας ὁμοῦ καὶ συντομίας.* conf. cel. *Grunerus* ad *Hebenstreitii* Palaeol. Therap. p. 4. *Seneca* Epist. 75. p. 221. *Non quaerit aeger medicum eloquentem, sed sanantem.* De voce *συντομία* vide viros doctos ad *Petronii* Satyric. p. 13.

σαφηνείας] *Theophilus* Corydaleus Exposit. Rhetor. apud *Fabricium* Biblioth. Gr. T. XIII. p. 655. *ἁπλοῦς μὲν οὖν εἰπεῖν, ἐπὶ παντὸς λόγου σαφηνείας ἐστὶ κυριώτατον ὑπέρ τι ἄλλο, ἀκριβολογία, καὶ τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν τοῖς πράγμασι παρεπομένων.* pro ὑπέρ τι leg. ἤπερ τι. Similiter *Isidorus* Pelusiot. ep. 145. *λόγου ἀρεταὶ μὲν, ἀλήθεια, συντομία, σαφήνεια, εὐκαιρία.* *Nemesius* de N. H. c. 34. p. 254. Dum vero Nonnus perspicuitatem affectat, recentiorum stribliginem sequi maluit, quam antiquorum loquendi rationem imitari, quod in eo laudaret forte *Cerealius* quidam, cujus vide epigramma *Antholog.* lib. II. c. 46. epigr. 3. et *Synesius* de Regno p. 18.

ἰατρικὴν] *Sextus* Empir. adv. Mathemat. c. 2. *καὶ δὴ τρόπον ἰατρικὴ εἴρηται μὲν τὸ παλαιὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἰῶν ἐξαιρέσεως, ἐπικατηγορεῖται δὲ νῦν καὶ τῆς τῶν ἄλλων παθῶν ἀνασκευῆς, πολλῷ*

fuit, et artem medicam omni, qua potui, et brevitate, et perſpicuitate ſum perſecutus, neque quicquam, quod neceſſe eſſet, praetermiſi, ſed ſingulos affectus expoſui, cauſas primum illorum dilucide enumerando, deinde ſigna, per quae facile cognoſci poterunt, poſtremo curandi modum, quo ſingulis ex arte mederi poterimus, a capite

A 4 primum

τεχνικωτέρας οὔσης. et lib. X. p. 469. ἰατρικὴ λέγεται ἐπιστήμη ὑγιεινῶν, καὶ νοσερῶν, καὶ οὐδετέρων. unde *Auſonius* Idyll. XI. vſ. 69. Et medicina triplex, ſervare, cavere, mederi.

πάσης] *Allatius* πάσαν, ac ſic cod. E. quod praefero. ita enim loqui amant recentiores. *Photius* Biblioth. p. 5. ἐν ταύταις, φησὶ, ταῖς πανηγύρεσιν, πᾶσαν ἄγουσιν εἰρήνην. Πᾶσαν quoque apud noſtrum agnoſcit cod. A. *Propertius* vero lib. II. eleg. I. vſ. 57. Omnes humanos ſanat medicina dolores.

κατὰ δύναμιν] *Heliodorus* lib. III. p. 143. εἰς δύναμιν βοηθήσειν. *Julianus* Or. II. p. 89. B. τοὺς μοχθηροὺς δὲ ἐς δύναμιν ἰᾶσθαι, καθάπερ ἰατρὸς ἀγαθός. Hinc pater aegroti apud Ev. *Marcum* c. 9. 22. ἀλλ' εἴ τι δύναται. Cod. Mſ. B. μηδὲν τῶν ἀναγκαίων κατὰ δύναμιν. Cod. A. μηδὲ. plenius *Athenagoras* Legat. pro Chriſtian. p. 35. κατὰ δύναμιν τὴν ἐμήν.

ὑπεροχῶν] *Allatius* ὑπεροχῶν.

ἕκαστον] *Paraphr.* Nicomacheorum c. 9. p. 20. ὥσπερ ὁ ἰατρός. οὐ γὰρ τὴν καθόλου ὑγίειαν σκοπεῖ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου· μᾶλλον δὲ, οὐδὲ τοῦ καθόλου ἀνθρώπου, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀτόμου· καθ' ἕκαστον γὰρ ἰατρεύει. conf. *Heliodorus* lib. IV. p. 171.

τούτων] aberat ab exemplari *Allatii*.

παθημάτων] Schol. *Euripidis* ad Oreſt. vſ. I. καὶ πάθη μέν ἐστι, τὰ συμπίπτοντα τοῖς σώμασι νοσήματα.

δὲ] abeſt a cod. A.

δι' ὧν ῥαδίως γνωσθήσονται] Deſunt in Cod. E.

κατὰ] Delet Cod. A. Cod. B. κατὰ τέχνην πάντα.

κατὰ τέχνην] conf. c. 74. *Julianus* Or. VII. p. 228. A. ὥσπερ οἱ φαῦλοι τῶν ἰατρῶν ἐκ τῆς ἐμπειρίας μόνον ἰώμενοι τοὺς ἀνθρώπους, ὅθεν καὶ διαφεύγει τὰ πολλὰ, τῶν νοσημάτων αὐτούς. *Iſidorus* Peluſiot. ep. 251. οὐδὲ πάντες τοῖς αὐτοῖς θεραπεύονται βοηθήμασιν, ἀλλ' ὅσος τῶν παθῶν ὁ ἀριθμὸς, τοσοῦτος καὶ ὁ τῶν φαρμάκων. De Aureliano plebs Romana apud *Vopiſcum* p. 467. ubi bonum quidem medicum, ſed mala ratione curantem.

θεραπεύσομεν] *Democritus* apud *Clementem* Alex. Paedagog. lib. I. c. 2. ἰατρικὴ σώματος νούσους ἀκέεται. Eo usque medicinam progredi notat *Ariſtoteles* Problem. Sect. XXX. 8. De medici officio Schol. *Homeri* ad Iliad. Λ. vſ. 43. καὶ γὰρ περὶ

ἰατρὸν

κεφαλῆς ἀρξάμενοι, διὰ τὸ ἐκεῖσε ἱδρυσθὲν τὸ ἱερὸν τῆς λογικῆς ψυχῆς.

ΠΕΡΙ ΡΕΟΥΣΩΝ ΤΡΙΧΩΝ

ΚΕΦ. Α'.

Ἀποῤῥέουσιν αἱ τρίχες, ἀραιότητι μὲν τοῦ δέρματος, ἐνδείᾳ δὲ τῆς γεννώσης οὐσίας αὐτάς. ἀλόη σὺν οἴνῳ

ἰατρὸν, δύο ἐστὶν ὧν χρὴ προΐστασθαι, καὶ τὰ νοσερὰ διορθοῦσθαι, καὶ τὰ ὑγιεινὰ προφυλάσσειν. Aesculapius apud *Maximum* Tyr. Differt. X. p. 103. ἰατρικὴ δ' ἂν ἀρκεῖ ἑπομένη τῇ κράσει τῶν σωμάτων κ. τ. λ. ita enim hunc locum leviter depravatum refingo.

πρότερον] Cod. E. τὸ πρῶτον.

κεφαλῆς] Cod. E. τῆς κεφαλῆς. *Scribonius* Larg. Epist. ad Callistum p. 7. Theodor. *Priscianus* lib. I. p. 8. Pythagoras apud *Porphyrium* V. P. p. 43. Auctor Vitae *Homeri* p. 345. *Cinnamus* Hist. lib. IV. p. 222. *Eustathius* Erot. lib. III. p. 86. *Palladius* in Hippocr. de fractur. p. 199. conf. Rob. *Keuchenius* ad Q. Ser *Samonicum* p. 82. Caeterum videtur noster aeque ac alii recentiores *Dioclem* Caryst. secutus esse, cujus epistolam recudi fecit *Fabricius* Biblioth. Gr. T. XII. p. 586.

ἱδρυσθὲν] Leo *Allatius* ἱδρύεσθαι, quod magis placet: Cod. A. tamen ut editum. Cod. E. ἱδρῦσθαι. *Jamblichus* V. P. c. 9. p. 34. συνεβούλευσεν ἱδρύσασθαι Μουσῶν ἱερόν. Adde Antonin. *Liberalis* c. 26. et 32. *Herodianus* lib. V. c. 13 *Clemens* Alex. Paedagog. lib. II. c. 8. p. 181. B. οὐκ ἐπικατάδεῖν δοκοῦσιν τὸν λόγον, ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτον ἱδρύμενον. *Musonius* apud *Stobaeum* Serm. LXXVII. p. 458. ταύτην γε μὴν (τὴν διάνοιαν) ἐν ὀχυρετάτῳ ἵδρυσεν ὁ θεός. Schol. *Homeri* ad Iliad. A. vs. 195. De anima quoque *Aeschines* Axiocho p. 122. Verbum hoc de rebus sacris usurpari observat *Hoelzlinus* ad *Apollonii* Rhod. lib. IV. vs. 1549.

ἱερὸν] Cod. E. τὸ νοερόν. *Caelius* Aurelian. morb chron. lib. I. c. 4. *sive quod in capite fiat, quod multorum philosophorum judicio* sacrum templum *est partis animae in corpore natae.* conf. *Aristoteles* Problem. Sect. XXXII. 7. Epist. *Socrat.* XXXI. p. 71. *Plinius* H. N. lib. XI. c. 37. *Meletius* de natur. homin. p. 48. quibus omnibus praeivit *Plato*, ut patet ex *Plutarchi* T. III. p. 1620. Bald. *Rousseus* carmine *Aper* inscripto p. 43.

Quod veteres cerebrum sacrum, templumque putarunt
Esse animae, qua omnes regimur moderamine certo.

conf. Carol. *Paschalius* de Coronis lib. V. c. 4. p. 293. *Antholog.* lib. II. c. 47. epigr. 41. *Lactantius* ad *Statii* Thebaid. lib.

primum exorsi, quod in eo sedes animae rationalis sacra collocetur.

DE CAPILLIS FLVENTIBVS

Caput I.

Capilli defluunt, vel ex cutis raritate, vel ex materiae ipsos procreantis inopia. Aloen ex vino austero

A 5 [illegible] nigro,

lib. III. vs. 715. *naturae ratione prudentia omnis in capite est.* *Isidorus* Pelus. ep. 249. Jo. *Langius* Epist. Medic. ep. 25. p. 105.

ψυχῆς] addunt codd. A. D. et E. ὃ λέγεται καὶ ἔστι νοῦς. Schol. *Homeri* ad Iliad. Γ. vs. 63. Νόος, νοῦς, ψυχή. conf. Iliad. Π. vs. 35.

Cap. I.

κεφ.] Cod. E. ἀρχή. et in margine A.

ἀποῤῥέουσι] ita Cod. B. ἀπὸ ῥέουσιν cod. A. In codice B. caput non notatur secundum. in cod. C. vero primum dicitur ut in edit. *Paulus* Aegineta lib. III. c. 2. *Alexander* Aphrod. lib. I. probl. 2. Remedia subiuncta *Moschioni* de morb. mulier. c. 2. p. 47. *Aelianus*, V. H. lib. XI. c. 4. ὑποῤῥεουσῶν αὐτῷ τῶν τριχῶν. Sic *fluere* apud Latinos. vid. Rob. *Keuchenius* ad Q. Ser. *Samonicum* p. 117. Cod. D. περὶ τριχῶν ῥεουσῶν. Perperam legitur hoc verbum apud *Actuarium* lib. I. de affect. spir. animal. c. 6. p. 23. ἀποτροφεῖ δὲ ὧδε καὶ ἀποῤῥεῖ τὸ σῶμα, ubi cod. L. B. ἀτροφεῖ habet, mall. leg. ἀποῤῥοφεῖ δὲ ὧδε καὶ ἀπαρύει τὸ σῶμα.

ἔνδεια] Cod. A. ἐνδεία. Substantivum non inusitatum medicis, ut testatur effatum eorum, quod adfert Jo. *Chrysostomus* in A. A. Serm. XVI. p. 705. ἢ οὐκ ἀκούετε καὶ ἰατρῶν λεγόντων, ὅτι ἔνδεια μήτηρ ὑγείας.

γεννώσης] *Aristoteles* Problem. Sect. IV. 19. οὐ λαμβάνουσαι δὲ τροφὴν, ἐκρέουσιν αἱ τρίχες. *Galenus* sec. loc. lib. I. p. 160. Cod. B. γεννώσεως.

ἀλόη] Codd. Mss. Vind. ἀλώην. Cod. E. ἀλόην. Frequenter in codicibus nostri ω et ο permutantur, quod etiam in nummis aliquando obtinere observat Jo. Dan. *Major* Epistola, de nummis graece inscriptis p. 13.

ἀλόη] Oportebat ἀλόην scribi, ut habet Cod. E. propter sequens verbum ἐπίχεε. Schol. *Aristophanis* ad Nub. vs. 295. ἐπειδὴ τὴν τρύγα χρίονται. Sic codd. Mss. ἀλώην, vel quod λάβε vel λαβὼν subintelligatur, vid. c. 57. netter c. 267. χολὴν βοείαν, μετ᾽ ἐλαίου χρῖε τὴν κλίνην. vid. remedia subiuncta c. 168. ex cod. A. Similis negligentia in inscriptione Smyrnaea,

συνέγραψε

νῳ μέλανι αὐστηρῷ ἐπίχριε, ἢ σμύρνα καὶ λαδάνῳ σὺν οἴνῳ καὶ μυρσίνῳ ἐλαίῳ· ἢ σεύτλου χυλὸν μετὰ μυρσίνου ἐλαίου ἄλειφε τὴν κεφαλὴν ἢ περιστερεῶνος χυλῷ μετὰ μυρσίνου ἐλαίου· ἢ λάδανον σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ καὶ σχινίνῳ ἐλαίῳ λειώσας κατάχριε. Ἀρχιγένους. Λαδά-

νου

συνέγραψε -- πίναξ, pro πίνακα, ut obſervat L. *Kuſterus* Memoires des inſcriptions etc. T. VI. p. 462. *Caſſius* Quaeſt. LVII, ῥαὶς τοῦ αἵματος θλίβει, ubi Andr. *Rivinus* ῥανίδας vult legi, quod in literis ad me datis probabat, dum viveret mihi amiciſſimus D. W. *Trillerus*, fretus auctoritate *Pauli* Aeginet. lib. VI. c. 110. p. 101. cui adde *Caelium* Aurel. morb. chron. lib. II c. 10. p. 390. *Juſtinus* Mart. cohortat. ad Graecos p. 52. μηδ' ἐν ἀντίοι τῆς ἀλλήλων φαίνεσθαι δόξης. ubi *Sylburgius: Notetur nominativus cum verbo infinitivi*, ἐναντίοι *nempe pro* ἐναντίους. *Ariſtoteles* Probl. Sect. v. 39. οἱ θέοντες pro τοὺς θέοντας. conf. doct. *Ceres* ad c. 224. *Didymus* Geopon. lib. VII. c. 19. χρὴ ἐπιτίθεσθαι τὰ πώματα τέσσαρας ὕδατι δεδευμένης ἐπιχρισθέντα. et lib. X. c. 84. τῆς πολυπρέμνου καλουμένης βοτάνης τοῦ ὀποῦ τὰ πρέμνα χρίσαντες. conf. doct. *Koen* ad *Gregorium* de Dialect. p. 290. *Theophraſtus* Charact. c. I. p. 11. ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θᾶττον πιστεύσῃς τοιαύτας φωνὰς, καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας. Apud poetas Latinos caſuum permutationem obtinere docuit *Scaliger* ad Priapeior. carm. 83. p. 159. Sic *abſens* pro abſentis apud *Statium* Thebaid. lib. XI. vſ. 64. ARA pro ARAM in inſcriptione apud *Seldenum* de Diis Syr. Syntagm. II. c. I. p. 217. conf. *Bynkershoek* Obſ. Jur. Rom. lib. IV. c. 25. p. 445. Schol. *Apollonii* Rhod. lib. I. vſ. 441. et ad lib. II. vſ. 107. *Orpheus* Argonaut. vſ. 1097.

καὶ ἀρχὰς δῶκαν ἕλεσθαι
Ἡρώων.

quod cum *Gesnero* mutari nolim in Ἡρώεσιν, cum et ſubaudiri poſſit χερσὶν, aut ſimile. Poſſet quoque apud noſtrum legi ἀλόη, nam et librarii et grammatici nonnulli jota ſubſcribere negligunt, ut obſervavit jam *Strabo* lib. XIV. p. 559.

μέλανι] Agnoscit hanc vocem cod. B. quae omiſſa in cod. A. vino hoc potiſſimum utebantur veteres pro medicamento, ut teſtatur *Diogenes* Laert. lib. VII. p. 558. adde auctorem vitae *Homeri* p. 394. Antiquiſſimis temporibus vinum album rarum admodum fuiſſe ſcribit *Moſchopulus* ad Iliad. A. vſ. 350.

ἐπίχριε] conf. c. 2. et 7. de fuco dicitur *Maximus* Tyr. Diſſ. XX. p. 233. ἡ δὲ δευτέρα θρυπτικὴ, ἐπίχριστος. *Tryphiodorus* vſ. III. Inſcriptio apud *Gruterum* p. LXXI. 1.

ἢ σμύρνα] ἢ hic eſt *vel*, cujus particulae uſum apud Latinos expoſuit Jan. *Broekhuſius* ad *Tibulli* lib. I. eleg. IX. vſ. 53.

σμύρνα] Cod. A. σμύρνη καὶ λαδάνῳ. Cod. B. et E. σμύρναν καὶ λάδανον, σὺν οἰνελαίῳ. Ita ſolent recentiores caſus variare, quod

nigro, aut myrrham cum ladano ex vino et oleo myrtheo inungito, vel betae ſucco ex oleo myrtheo caput illinito, aut verbenacae ſucco ex oleo myrtheo, aut ladano ex vino auſtero et oleo lentiſcino trito. Aliud ex [illegible] Archi-

quod pluribus exemplis e noſtro petitis confirmare licet; ſic c. 229. ἢ φοινικας μετ᾽ οἴνου, ἢ ῥόδοις χλωρᾶς, ἢ θέρμινον ἄλευρον. *Moſchopulus* ad *Homeri* Iliad. vi. 3. κατὰ παραγωγὴν καὶ πλεονασμῷ τοῦ θ. *Theophraſtus* Char. c. 16. οὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτε ἐπὶ λεχοῖ. *Arrianus* de Exp. Alex. M. lib VII. c. 6. 5. κατ᾽ ἀξίωσιν καὶ κάλλει. ubi vid. *Gronovius*. *Procopius* Hiſt. Arcan p. 37. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Σαλωμῶντι καὶ πηγασίῳ τῇδε ἐχώρησεν. Noſter c. 128. εἰ δὲ κατὰ ἀνασόμωσιν ἐκ λουτρῶν ἀμέτρων, καὶ θερμοῖς χωρίοις. *Ariſtoteles* H. A. lib. V. c. 20. φέρουσι πρὸς τῇ κίονι, ἢ τι τοιοῦτον τράχηλον ἔχον. conf. *Commelinus* ad *Heliodori* lib. V. p. 23.

μυρσίνῳ] conf. *Clemens* Alex. Paedagog. lib. II. c. 8. p. 183. C. ſed Cod. B. σχινίνῳ. *Plinius* lib. XV. c. 7. et c. 29. *Athenaeus* lib. XV. c. 11. p. 688. Derivata haec videntur ex *Critonis* coſmeticis vid. *Fabricii* Biblioth. Gr. T. XIII. p. 690.

χυλὸν] mox χυλῷ. *Heliodorus* lib. II. p. 100. ἐπερρέοψεν ὁ μὲν τοῦ ὕδατος, ὁ δὲ καὶ οἶνον. Permutatio haec caſuum librariis debetur, iudice doct. *Fiſchero* ad *Theophraſti* Char. c. 23. p. 151. *Nam librarii (inquit) Accuſativos pro Dativis locis innumeris intulerunt.* De voce χυλὸς vid. Rob. *Conſtantinus* et *Bodaeus* ad *Theophraſti* H. Pl. lib. i. c. 19. p. 60.

μυρσίνου] Cod. A. μυρσινελαίου. Cod. E. μυρσινοελαίου.

ἄλειφε] Veteres omni mane caput ungebant. *Colloquia* quotidiana I. p. 3. ἤλειψα τὴν κεφαλήν μου καὶ ἐκτένισα, quod etiam obſervavit cl. Ed. *Milward* a letter to Sir Hans *Sloane* p. 53. Me teſte apud *Alciphronem* lib. I. ep. 36. καὶ αὐχμηρὰν μὲν ἔχω τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἰδοῦσα τὸν χρόνον τοῦτον μύρον. Qui ea ut ungerent dicebantur aliptae, de quibus vid. duumviri magni *Caſaubonus* atque *Salmaſius* ad *Vopiſcum* p. 720. et *Gorius* antiq. inſcript. T. III. p. 240. ex quo ectypum hic addidi. quod etiam lucem accendit *Aretaeo* cur. morb. chron. lib. I. c. 3. p. 120. A.

περιστερεῶνος] Cod. A. περιστερεώνου.

χυλῷ] Codd. A. et E. χυλὸν.

οἴνῳ] De vini hujus virtutibus eximiis vid. *Oribaſius* de fractur. I. p. 78.

σχινίνῳ] Cod. A. ἢ σχινελαίῳ. Cod. E. σχινελαίου. Editio *Martii* operarum incuria σχινίῳ.

λειώσας] Cod. A. λυώσας.

Ἀρχιγένους] Exulant haec usque ad πολυτρίχου in codd. A. et E. *Galenus* ſec. loc. lib. I. p. 161. De eo vid. doct. Jo. Henr. *Jugleri* Bibliotheca Ophthalmica p. 94.

νου καὶ ἀψινθίου ἴσα, ἀρκευθίδας δέκα λείας, ὀθονίῳ ἐνδήσας, καὶ βρέξας ἐλαίῳ ἐφ' ἡμέρας πέντε, ἐκ τούτου ἄλειφε τὴν κεφαλὴν, καὶ οὔτε ῥέουσιν αἱ τρίχες, οὔτε πίτυρα ἕξει. Λινόσπερμα ξηρὸν κατάκαυσον σὺν τῇ λινοκαλάμῃ

λαδάνου] *Dioscorides* lib. I. c. 129. *Celsus* lib. VI. c. 1. *Plinius* lib. XII. c. 17. et lib. et lib. XXVI. c. 8. *Simeon* Sethi p. 64. *Salmasius* ad *Solinum* p. 361. *Tournefort* itiner. T. I. p. 29. C. H. *Erndt* itiner. p. 131. Praestantissimus medicus *Schulze* Toxicol. c. 25. p. 77. Ante has formulas subaudiendum λάβε, ut monet Schol. *Nicandri* ad Ther. vs. 870. quod noster addidit c. 174. vel ἔστω quod idem, ut docuit Petr. *Petitus* ad *Aretaeum* cur. morb. acut. lib. I. c. 6. p. 238.

ἴσα] nempe μέρη. c. 6. ἴσα ἐλαίῳ λειώσας. Jo. *Malalas* Chronograph. lib. IV. p. 143. ἐτυπώσαμεν δοθῆναι ὑμῖν χρυσίου τάλαντα β'. καὶ πρὸς τούτοις ἴσα ἀργύρου. *Xiphilinus* Augusto p. 69. ὅτι στρατηγῶν ἄρκτους τε τριακοσίους, καὶ Λιβυκὰ ἕτερα θηρία ἴσα ἐν πανηγύρει τινὶ ἀπέκτεινε.

ὀθονίῳ] *Pollux* lib. IV. c. 25. segm. 180. *Daemogero* Geopon. lib. VII. c. 13. *Epiphanius* de XII gemmis p. 220. Schol. *Aristophanis* ad Acharn. vs. 1176. ὀθόνια τὰ λεγόμενα παρὰ ἰατροῖς λαχνώματα. *Glossae* Mss. μοτώσει, ἰᾶσθαι ὀθονίοις, ἤτοι μότοις.

ἐλαίῳ] Subintelligendum ἐν. *Statius* Thebaid. lib. IV. vs. 677.
illum, illum tendite campum.
ubi *Lactantius* deest *in*. *Platonis* est observatio Protagor. p. 396. ed. Ald. ἐπεὶ καὶ τὸ ἔλαιον τοῖς μὲν φυτοῖς ἅπασιν ἐστι πάγκακον, καὶ ταῖς θριξὶ πολεμιώτατον ταῖς τῶν ἄλλων ζώων, πλὴν ταῖς τοῦ ἀνθρώπου, ταῖς δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἀρωγὸν, καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι. conf. *Casaubonus* ad *Persii* Sat. II. p. 217.

ἀνυπερθέτως] Schol. *Aristophanis* ad Nub. vs. 266. *Casaubonus* ad *Suetonium* p. 8. Henr. *Stephanus* Schediasm. lib. II. Sched. 25. Adverbio hoc usus est *Phalaris* ep. 39. *Eusebius* de vita Constantini M. lib. II. c. 3. *Socrates* H. E. lib. I. c. 22. p. 543. *Philo* Iudaeus de vita Mosis lib. I. p. 619. *Antipho* Or. I. p. 23. ὁ μὲν οὖν — εὐθέως παραχρῆμα ἀποθνήσκει

confracto exemptum, ad brachii latitudinem concinnato, ut imponatur os ex corde cervi, et ſiniſtro brachio circumdetur. Poſtquam autem cervo vivo cor exemeris, oſſiculum, quod in eo explicato, ceu carunculam concretam arundini ſtatim ſine mora invenies, ſiccato, ac ubi

κελέᾳ] Specillo. Eſt inſtrumentum chirurgicum ex aere vel argento, ut ſcribit Schol. *Ariſtophanis* ad Acharn. vſ. 1033. conf. c. 88. et 94. De inſtrumentorum medicorum vegrandi adparatu queritur *Maximus* Tyr. Diſſert. XXXIX. p. 461. Seculo quarto vulnera ac ulcera non ſpecillis explorabant, ſed digitis. Jo. *Chryſoſtomus* in epiſt. I. Pauli ad Theſſalonicenſes Serm. V. p. 188. *καὶ γὰρ ἰατρὸς βουλόμενος σηπεδόνα ἐκβάλλειν, πρότερον τοὺς δακτύλους εἰς τὸ τραῦμα καθίησι.* Idem obſervavi in lampade ſepulchrali, lateritia, in cujus fundo interno elegans cernitur *ἀνάγλυφον.* Haruſpex vituli extra manu ſiſiculat, nam nullam tenet vel cultrum vel aliud ferramentum, niſi rerum edax tempus illud obliteraverit. neque adparet eos cultro uſos eſſe, ex illis quae hac de re narrant *Nicander* Ther. 560. et ad eum Scholiaſta. *Rufus* Epheſ. lib. I. p. 39. et *Polyaenus* lib. IV. c. 19. p. 109. Unde pondus accedit obſervationi L. *Bos* Obſerv. Critic. c. VI. p. 24. quam ſupra adtuli. Licuit mihi anaglyphum hoc contemplari apud nobiliſſimum poſſeſſorem Ger. *van Haſſelt*, conſulem Arenacenſem, qui illud inter alia antiquitatis monumenta eximia ſervat.

σάρκιον] Jambus apud *Dorville* ad *Chariton.* p. 332.

Θεὸς θελήσας προσλαβέσθαι σάρκιον.

Poëta recens Mſ. ad Michaëlem Palaeologum:

Θάλψον τὸ γυμνὸν καὶ ῥιγοῦν μοι σάρκιον.

idem mox:

Πεινᾷ δὲ νεκρὸν ὁ κρυμὸς τὸ σάρκιον.

ſed apud noſtrum eſt caruncula, ut apud *Hippocratem* de medico p. 46. Epid. lib. IV. p. 754. Coac. Praenot. 511. Aphor. IV. 76. *Aelianus* H. A. lib. III. c. 17. *Rufus* Epheſ. de renum adfect. c. 8. p. 7.

ὀστάριον] Leg. *ὀστάριον*, ut apud *Rufum* Epheſ. lib. I. p. 29. M. *Antoninus* lib. I. c. 16. Apud *Rufum* lib. III. p. 71. *ὀστρακίδια* mutandum in *ὀσταρίδια*, ut legitur apud *Palladium* in *Hippocratem* de fract. p. 204. *Oribaſius* de fract. p. 97. *Aelianus* H. A. lib. XIII. c. 15. *Diogenes* Laërt. lib. VI. p. 394. *Tzetzes* Chil. X. vſ. 232. *Schroderus* apud S. *Dale* Pharmacol. p. 439. Os de corde (cervi) eſt arteriarum in baſi cordis concurſus, qui cum aetate, et inprimis turgeſcentiae tempore, durior ſit et in Os degenerat. conſ. *Jonſtonus* Hiſt. Natur. de Quadruped. p. 88. *Aelianus* H. A. lib. XIII. c. 15. *Galenus* de Oſſib. c. 25. p. 31.

βαλὼν] l. *βάλλων*, idem quod *ἀθῆναι*, paulo ante dixerat, ab interprete non animadverſum. Quod vero tot medicamenta ad-

L ferat

ἔτι ὡς προείρηται. Σκευασία ἀντίδοτος διὰ πείρας γεγενημένη πρὸς ἐπιληπτικούς. σέσελι, πύρεθρου, στοιχάδα ἀνὰ γγ. β'. ἀγαρικὸν γγ. ε'. πλατυκύμινον, χαλθιδι καὶ ἀριστολοχίαν στρογγύλα ἀνὰ γγ. βς'. ὀξύμελι σκυλλιτικὸν Ηο. α'. εἰ μὲν οὖν ἐνεργήσει οὕτως ἰδοὺ καλὸν, εἰ δὲ μὴ, εἰσβάλλονται σὺν αὐτοῖς καὶ τὰ δύο ταῦτα, ἤγουν ὀπὸς σκαμμωνίας γγ. β'. καὶ ἐπιθύμου γγ. β'. λέγει δὲ ὁ τεχνικὸς ὡς ἂν οὐχ εὕρηται ἀριστολοχία στρογγύλη, εἰσάγεται·

ferat, culpam partim conferendam arbitror in aegros, qui ita medicos hortabantur, ut fcribit Jo. *Chryfoftomus* opp. T. IV. p. 353. *εἰ γὰρ τοὺς τὰ σώματα ἀπαγορεύσαντας ἰατροὺς παρακαλοῦμεν, λέγοντες, μὴ ἀμελήσῃς, ἀλλ' ὅλως μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς τὰ παρὰ σεαυτοῦ προσφέρων μὴ ἀνήσῃς.*

Σκευασία] Pone poft hanc vocem diftinctionem majorem. Significat autem medicamenti praeparationem. *Diodorus* Sicul. lib. V. p. 390. de Aesculapio: *προσεξευρεῖν τήν τε χειρουργίαν καὶ τὰς τῶν φαρμάκων σκευασίας.* *Theodoretus* Therap. I. p. 4. *τὴν τῶν φαρμάκων οὐ περιεργάζονται σκευασίαν.* *Aelianus* H. A. lib. XV. c. 11. De esculentorum praeparatione etiam dicitur, vid. *Perizonius* ad *Aeliani* V. H. lib. III. c. 20.

σέσελι] *Plinius* lib. XX. c. 5. et ad eum *Harduinus*. *Salmafius* ad *Solinum* p. 158.

ἀγαρικὸν] *Dioscorides* lib. III. c. 1. *Rufus* Ephef. de purgant. p. 19. *Scaligerana* prima p. 5. Lev. *Lemnius* de occult. natur. miracul. lib. II. c. 12. p. 172.

χαλθιδι] leg. χαλκῖτιδα.

ὀξύμελι] Lev. *Lemnius* l. c. lib. II. c. 3. p. 147.

γγ'] *Martinius* Etymolog. p. 387. Hexagii pondus et formam dedit vir doctiffimus ac mihi dum viveret amiciffimus A. S. G. *Gufe*, in differtatione de pondere normali germanico idiomate confcripta p. 13. ex qua eam hic curavi adjici. Hexagii figiam e codicibus dedit Angelus *Politianus* Epift. lib. X. ep. 13. p. 395. Menfuram habes apud *Sponium* Mifcell. Erud. Antiquit. p. 304.

γγ. βς''.] Illud ς'' notat ἥμισυ, *femis*, pro quo apud *Aetium* lib. VI. c. 13. S excufum, ut faepe alibi. vid. *Salmafius* ad *Tertullianum* de pallio p. 454. aliam figlam dedit Angel. *Politianus* l. c. Nofter c. 174. ὄξει Lας''. et alibi frequenter. Vero apud noftrum *hexagia duo femis*, ita loquuntur graeci ac latini, in primis recentiores. *Epiphanius* de menfur. p. 178. *Πάφιοι δὲ καὶ Σικελοὶ τεσσάρων ἥμισυ μοδίων αὐτὸν μετροῦσι* et p. 183. *γινομένη λίτραι δύο ἥμισυ.* *Conftantinus* Manaff. Annal. p. 234.

Ἔστι

ubi reliquum projeceris, facito ut praedictum est. praeparatio antidoti, experientia comprobata ad comitiales, seselis, pyrethri, stoechadis, singulorum exagia duo, agarici exagia quinque, cumini lati aristolochiae rotundae singulorum exagia. aceti mulsi scillitici. quod si hoc modo operetur, bene est, sin minus, cum ipsis haec duo quoque conjunguntur, succi scammoniae nimirum et epithymi singulorum exagia duo. Technicus tamen negat,

L 2 aristo-

Ἔτη δὲ πέντε ἥμισυ κρατήσαντα Ῥωμαίων.
Ausonius Eclogar. vs. 95. Semidiemque, *duosque dies*, decies. que novenos. Inscriptio apud *Ferretium* Mus. Lapidar. lib. IV. p. 293.

PER. LATITV
DINES. PEDES DVO SEMIS

et alia Legati Papenbr. n. 20.

EX ARG. P. V. S.

quod bene explicat *Oudendorpius* ex argento pondo quinque semis. Adde inscriptiones apud *Leichium* Nov. Emend. ad *Muratorii* inscript. p. 77. n. 1. 4. et 8. et in primis eam quam vulgavit *Gorius* inscript. Antiq. P. III. p. 314. n. 4. Hinc patet quomodo exponi debeat *Anonymus* de V. S. p. 5. ἄπαρον ἐξ αὐτοῦ δύο ἥμισυ λίτρας, quod vertit interpres *adime illi unam libram*, sed perit sic differentia, quam adhiberi voluit auctor, inter virum robustum et puerum, de quo mox praecipit detrahendum esse sanguinem μέχρι μιᾶς λίτρας: sed vertendum priori loco *libras duas cum dimidia*. Clare hoc adparet ex illis quae refert Schol. *Homeri* ad Odyss. Λ. vs. 576. quem videsis.

Hↄ] Sigla Hↄ ignota fuit interpreti, ac a nil nullibi adhuc deprehensa altera ↄ reperitur apud *Scribonium* Larg. c. XVII. LXXI. p. 47. ubi Jo. *Rhodius* p. 133. ↄ aversum Sicilici nota est. Sicilicus autem singulariter est unciae quarta pars, in qua sunt scrupula sex.

τεχνικὸς] Galenum indicari suspicatur Jo. Alb. *Fabricius* Biblioth. Gr. T. XII. p. 687. Noster nomen indicare noluit, ut *Aelianus* H. A. lib. IV. c. 7. aut ejus non recordabatur cum haec scriberet ita quoque graeci dicunt λέγει ὁ σοφὸς, ut *Anonymus* de V. S. p. 20. οὕτω δὲ ἔδοξεν — τοῖς σοφοῖς. *Aelianus* H. A. lib. X. c. 36. et *Sapientes* pro Jurisconsultis posuit *Nonnius* Marcellus judice Aegid. *Menagio* amoenit. juris civil. c. 39. p. 320. de qua locutione praeclare egit magnus Dan. *Heinsius* Lect. Theocrit. c. XX. p. 364. Recte usurpatur de medico perito hoc adjectivum. *Eunapius* Jonico p. 142. et *Theophylactus* Bulg. ep. 26. p. 45. *Demetrius* Pepag. de podagr. c. 11.

Cui-

ται ἀντ' αὐτῆς εἰς τὴν σκευασίαν ἐπὶ τὸ διπλοῦν ἑτέρα ἀριςολοχία.

ΠΕΡΙ ΑΠΟΠΛΗΞΙΑΣ.

ΚΕΦ. ΛΖ'.

Αποπληξία ἐςίν. ὅταν ἐξαίφνης τὶς πεσὼν, ἀναίσθητος καὶ ἀκίνητος γίνηται νεκρῷ παραπλησίως. συνίςαται δὲ τὸ πάθος ἀθρόως, ψυχροῦ πληροῦντος φλέγματος τὰς κυριωτέρας τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίας. Εἰ δὲ κατὰ τοῦ ἡμίσεως μέρους τοῦ σώματος γένηται, παραπληγίαν τοῦτο λεγομεν· ἔςι δὲ τῶν ανιάτων· θάνατον γὰρ ἀπειλεῖ

Cuinamus Hist. lib. IV. p. 206. Medicos *artifices* vocat Jul. *Firmicus* Matern. de error. profan. religion. p. 438. et *Apulejus* Metamorph. lib. X. p. 259. *Celsus* lib. III. c. 4. Potissimum tamen grammaticis tribuitur, vid. ut alios taceam, *Berkelius* ad *Stephanum* de Urb. p. 12.

ἀρισολοχία] *Plinius* lib. XXV. c. 8. *Apulejus* de virib. herbar. p. 21. Medici quoque sine ea (aristolochia) nihil curare possunt. *Salmasius* ad *Solinum* p. 504. *Dioscorides* lib. III. c. 4. Andr. *Chioccus* Musaei Calceolar. Sect. V. p. 512. Casp. *Hoffmannus* de medic. officinal. lib. II. c. 21. p. 121. S. *Bochartus* Hieroz. P. I. lib. III. c. 30. p. 990. *Hasselquist* voyages dans le Levant P. I. p. 100.

Cap. XXXVII. Cod. E. λς'.

Περὶ] Cod. E. Ἔτι περὶ ἀ.

Ἀποπληξία] *Paulus* lib. III. c. 18. *Aretaeus* cur. morb. acut. lib. I. c. 4. *Celsus* lib. III. c. 26. *Caelius* Aurel. acut. morb. lib. III. c. 5. *Priscianus* lib. II. c. 7.

ἐξαίφνης] additur in Cod. A. Glossema: φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας.

παραπλησίως] Malim παραπλήσιος, ac sic Cod. E.

ψυχροῦ] Cod. D. φλέγματος ψυχροῦ πληροῦντος.

κυριωτέρας] *Paulus* κυριωτάτας. Non erat quod noster hanc lectionem mutaret, cum superlativo haud raro scriptores utantur pro comparativo. Ita *Justinus* Mart. cohortat. ad Graec. p. 118. ubi vid. *Sylburgius* et *Eschenbachius* ad *Orphei* Argon. vs. 289.

aristolochiam rotundam reperiri, ſed pro ea, duplo pondere alia ariſtolochia aſſumi debet.

DE APOPLEXIA.

Cap. XXXVII.

Apoplexia eſt cum quis ſubito concidit, et ſenſu et motu privatur, mortuo ſimilis, oritur hic affectus ſubito, pituita frigida principes cerebri ventriculos opplente. Quod ſi ſecundum alteram tantum corporis partem fieri contingat, paraplegiam vitium appellabimus. Eſt autem ex morbis, qui curationem non recipiunt, mortem enim praecipitem minatur, quod ſi aliquando ſolvitur,

289. quibus adde *Caſaubonum* ad *Theophr.* Charact. c. XI. p. 141. Comparativum pro poſitivo adhiberi docet Schol. *Homeri* ad Iliad. Δ. vſ. 277. Praeterea cum hic de pluribus cavitatibus ſermo ſit, non de duabus, Pauli lectionem praeferendam arbitror. Scita in hanc rem obſervatio eſt *Iſidori* Peluſiot. ep. 245. p. 134. *ὁ γὰρ πρεσβύτατος καὶ ὁ νεώτατος, οὐκ ἐπὶ δυοῖν ἀδελφοῖν, ὡς φῂς, ἀλλ᾽ ἐπὶ πολλῶν λέγεται· ἐπὶ δυοῖν γὰρ, ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ νεώτερος, ὡς ἄλλων οὐκ ὄντων μέσων.*

κατὰ τοῦ] Codd. A. et C. *κατὰ τὸ.*

παραπληγίαν] *Foëſius* Oecon. Hippocr. p. 292. Codd. A. et C. *παραπληξίαν*. Cod. E. *παραπλησίαν*, forte pro *παραπληξίαν* inquit cl. *Cores. παραπληξίαν* etiam maluit *Theophilus* de Urinis c. 17. et *Theodoritus* H. E. lib. I. c. 8. p. 22. B.

λέγομεν] Cod. B. *καλοῦμεν.*

ἀνιάτων] *Hippocrates* Aphor. II. 42. *Caelius* Aurel. l. c. p. 202. Cod. B. *εἰσὶ δὲ ταῦτα καὶ ἄμφω τῶν ἀνιάτων.* Cod D. *εἰσὶ δὲ ἄμφω τῶν ἀνιάτων.* Solebant veteres conſulere medicos an morbi eſſent inſuperabiles: exemplum habes apud *Plinium* lib. I. ep. 22. Jo. *Chryſoſtomus* in epiſt. I. Pauli ad Theſſalonicenſ. Serm. III. p. 175. *ὥσπερ γὰρ ὁ κάμνων παρὰ τοῦ ἰατροῦ ἐὰν ἀκούσῃ ὅτι τόδε γίνεται καὶ τόδε, οὐ σφόδρα θορυβεῖται· ἐὰν δὲ ἀπροσδοκήτως ἐκβῇ, ὡς κἀκείνου ἀπορηθέντος, καὶ τοῦ νοσήματος μείζονος τῆς τέχνης γενομένου, ἀλύει καὶ θορυβεῖται.* *Juvenalis* Sat. XVI. vſ. 12.

Atque oculum medico nil promittente relictum.

ἀπαλεῖ] Cod. B. *ἀπαλοῦσι.*

λεῖ σύντομον· εἰ δὲ που καὶ λυθείη, ὡς τὰ πολλὰ μετὰ παραλύσεως μέρους τινὸς ἀπολαύσεται. Τούτους εἰ ἀντέχῃ ἡ δύναμις, φλεβοτομεῖν δεῖ, ἐπάγειν δὲ καὶ τὴν γαστέρα δριμεῖ κλυστῆρι, διὰ κενταυρίου ἀφεψήματος, ἢ ἐντεριώνος, σὺν ἅλμῃ ἑψῶντες. ἀλειφέσθω δὲ ἡ κεφαλὴ ἐλαίῳ, ἐν ᾧ ἕψηται πήγανον ἢ σπονδύλιον, ἢ καλαμίνθη. καὶ ὀσφραντὰ προσάγειν ὀποπάνακα, ἢ καστόριον,

σύντομον] quod Lucio Vitellio evenit teste *Suetonio* lib. VII. p. 624. conf. Jul. *Capitolinus* Vero p. 433. *Eutropius* lib. VIII. p. 63. et de Valentiniano *Paulus* Diaconus lib. XI. p. 88. Codd. A. et C. ἀπειλεῖ γὰρ θάνατον συντόμῃ δέ που.

καὶ λυθείη] Codd. A. et C. λυθῆναι τὰ πολλὰ, omisso ὡς. Cod. E. κολληθείη. *Erat fortassis* κωλυθείη. *Cores.* Opponitur praecedenti ἀνιάτων, unde hic verto *curatur*. *Demophilus* Simi-lit. p. 120. τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς ἐπιλύει. quod tamen verbum suspectum fuit cel. *Dorville*, qui ad *Charitonem* p. 704. illud mutat in ἐπικλύζει. Poëta recentior anonymus Mſ.

Τοῦ φλέγματος δὲ τὴν ἀγωγὴν ἐκλύων.
Κορυζοποίει τῆς ῥινὸς τὰς ἰκμάδας.

Theodorus Priscian. lib. II. c. 29. *ſicut in epaticorum ordinavimus* ſolutione. i. e. *curatione*. *Caſſius* Quaeſt. XXX. ὡς ἐπὶ λύσιν γίνεσθαι τῶν κακῶν, ita editiones *Vulcanii* et *Sylburgii*, quod in ἐπίλυσιν mutavit *Gesnerus*. *Anonymus* de hydrophobia c. 3. p. 7. τὴν τοῦ ποτοῦ λύσιν αὐτοῖς ἐκ παντὸς ἐπιμηχανητέον. ubi vid. quae doctiſſimi D. *Cores* notavit ſagacitas. Jo. *Chryſoſtomus* in Pſalm. 130. p. 815. τοῦ Θεοῦ τῇ λύσει τῶν δεινῶν ἀμειβομένου σε τῆς καλῆς ταύτης ἐλπίδος. *Nicander* Ther. vſ. 2. — λύσιν θ' ἑτεράκλεα. —

πολλὰ] *Heliodorus* lib. VIII. p. 362. καὶ αὐτοσχέδιον τὰ πολλά. *Rufus* Epheſ. de renum adfect. c. 8. p. 8. τὰ γὰρ πολλὰ ἐπὶ κύστιν τρέπεται. vid. *Devarius* de particul. p. 367. noſter c. 130.

παραλύσεως] *Caelius* Aurel. l. c. et morb. chron. lib. II. c. 1. quod accidit *Trajano* ut refert *Xiphilinus* in vita ejus p. 241. *Aeſchines* Axiocho p. 132. In cauſam paralyſeos poſt apoplexiam inquirit Car. *Piſo* Obſerv. et Conſil. Sect. II. c. 2. p. 102. eam crebrius oriri in latere dextro quam in ſiniſtro obſervat *Treublerus* apud Th. *Bartholinum* Epiſt. Med. Cent. II. ep. 91. p. 703.

τινὸς] Codd. A. et C. τινὸς τοῦ σώματος.

ἀπολαύσεται] Leg. ἀπελεύσεται. Elegantius *Paulus* ἀπαλλάττεται, nam ἀπαλλάσσεσθαι dicitur is, qui abiens locum priſtinum

tur, ut plurimum in resolutionem alterius partis degenerat. His si vires patiuntur vena secanda, et alvus acri clystere ex centaurii decocto, vel interaneorum ex muria, subducenda erit. caput etiam oleo in quo ruta ebullierit, vel spondylium, vel calamintha perfundendum, odorata denique naribus, ut opopanax, castorium

stinum mutat. *Charito* lib. III. c. 2. p. 44. μέλλουσα τοίνυν ἀπαλλάττεσθαι τῶν ἀγρῶν ἡ Καλλιῤῥόη. et de morbis usurpatur *Aeschini* dialog. II p. 84. et *Sexto* Empir. adv. Mathemat. lib. IX. p. 461. Act. Apost. c. XIX. 12. *Moeris* Atticist. p. 16. ἄπεισιν, Ἀττικῶς· ἀπελεύσεται, ἑλληνικῶς. *Herodotus* lib. VI. p. 494. μετὰ δὲ αἰνέσαντες Ἀθηναῖοι καὶ τὸ ἔργον αὐτέων, ἀπαλλάσσοντο ὀπίσω, ubi suspicor leg. μέγα δέ. Codd. A. et C. ἀπαλλάσσεται. Cod. E. τινὲς τοῦ σώματος ἀπαλλάσσεται. Frequenter permutantur verba similia sic apud *Achillem* Tat. lib. III. p. 177. ἀπηλαύνοντο editum, ubi codex Anglicanus ἀπηλλάττοντο, quod probat *Salmasius* p. 595.

εἰ] Codd. A. et C. ἐὰν τύχῃ. Cod. D. ἀντέχῃ.

ἐπάγειν] Leg. ὑπάγειν, ut apud *Paulum*. ac ita quoque Codd. A. C. et E. Cod. D. γαστέρα κενοῦν δριμὺ.

κλυστῆρι] Codd. A. et C. κλυστήριον. Cod. D. κλυστῆρι.

κενταυρίου] conf. c. 27.

ἐντεριώνης] Leg. ἢ ἐντεριώνην ac sic Codd. D. et E. ut c. 35. Schol. *Nicandri* ad Ther. vs. 595. ἤτερον τὴν ἐντεριώνην φησίν. *Plinius* lib. XX. c. 3. Codd. A. et C. ἐντεριώνης. Recentiores ἐντεριώνην frequenter simpliciter dicunt pro medulla cucumeris agrestis. conf. *Du Cange* Gloss. p. 389.

ἑψῶντες] Codd. A. et C. ἕψοντες. Cod. D. ἑψῶν τον. Cod. E. ἕψονται.

ἀλειφέσθω] Cod. E. ἀλείφεσθαι.

ἡ κεφαλὴ] Cod. D. καὶ ἡ κ. Cod. E. τὴν κεφαλὴν, quod non rejecerim.

ἑψῆται] Cod. D. ἑψεῖται.

σπονδύλιον] Codd. A. et C. σπονδήλιον.

προσάγειν] Verbo hoc medicis familiari, saepe usus est noster, ut indicat index. Jo. *Chrysostomus* de virginitate p. 79. καθάπερ γὰρ οἱ τῶν ἰατρῶν ἄριστοι καὶ προσηνῶς, φάρμακον πικρὸν, ἢ τομὴν, ἢ καῦσιν, ἤ τι τῶν τοιούτων προσάγειν μέλλοντες. adde *Dorville* ad *Charitonem* p. 537. Codd. A. et C. ἐπάγειν. Cod. E. ἐσφραντὸν ἐπάγειν.

ριον, ἢ χαλβάνην, καὶ ἐμεῖν τούτους ἐρέθιζε διὰ πτεροῦ. χρησώμεθα δὲ καὶ πταρμικοῖς καὶ ἀποφλεγματισμοῖς. περιγινομένων δὲ καὶ εἰς τὴν λοιπὴν θεραπείαν χωρήσωμεν, τὴν ἐπὶ τῆς ἐπιληψίας γινομένην. ποτίζειν δὲ τούτους καὶ τὸ καςόριον ὅσον Lα'. μετὰ πεπέρεως Lς'. σὺν ὀξυμέλιτι. ἄλλο. καςόριον, πέπερι, πύρεθρον ἀνὰ Lγ'. κάγχρυος, εὐφορβίου ἀνὰ Lκ'. κυπρίνου ἐλαίου, ναρδίνου, γλευκίνου ἀνὰ L οὐγΓ. γ'. ἄλειφε θερμόν. ἄλλο. κηροῦ οὐγΓ.

καὶ ἐμεῖν] Codd. A. et C. ἢ ἐμεῖν.

ἐρέθιζε] Cod. D. ἐρεθίζειν.

πταρμικοῖς] Codd. A. et C. πταρμικοῦ καὶ ἀποφλεγματισμοῦ.

περιγινομένων] Cod. E. περιγενόμενον.

λοιπὴν] non agnoscunt Codd. A. et C. nec *Paulus*. *Galenus* Protrept. c. XI. p. 55. λοιπὴν ἔχει τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁδὸν, sed apud eum et apud noſtrum legend. λοιπὸν, et apud noſtrum eſt ex more ejus tranſpoſitum.

χωρήσωμεν] Codd. A. et C. χωρησόμεθα.

γινομένην] forte λεγομένην. Cod. D. εἰρημένην. Cod. E. ἐπιγενομένης.

τούτους καὶ] Abeſt καὶ a cod. D.

ὅσον] Locutio frequens apud noſtrum vid. index. pro quo etiam dixit c. 232. ἕως δραχμ. α'. *Hippocrates* de morb. mulier. lib. III. p. 54. ἄνθος χάλκου ὅσον κύαμον. conf. *Devarius* de particul. c. 18. p. 257. Codd. A. et C. ἔξαγιν ἕν. Cod. E. ἔξαΓ. α'. Ὅσον ſaepius παρέλκειν notat Jerem. *Hoelzlinus* ad *Apollonium* Rhod. lib. I. vſ. 183. conf. c. 163. et 189. Latini, in primis medici, modo *plus* modo *minus* reddiderunt, ut *Celſus* lib. 6. c. 12. quam locutionem aliter tamen expoſuit Jac. *Holſtius* ep. ad Marq. *Gudium* XXI. p. 58.

Lς'.] Codd. A. et C. τὸ ς''. forte voluit Γο ς''. Cod. E. δραχμὰς.

ἄλλο] Codd. A. et C. ignorant hanc vocem: quam agnoſcit cod. B. inchoant vero caput novum XXXVIII. nempe cum hoc lemmate,

ſeu galbanum naribus admovenda, et vomitus penna provocandus. Medicamentis item quae ſternutamenta movent, et pituitam per os educunt, utemur. Quod ſi adhuc duret affectus, curationem, qua in morbo comitiali uſi ſumus, inſtituemus, et caſtorii drachmam, adjunctis drachmis ſex piperis ex aceto mulſo pro puto offeremus. Aliud. Caſtorii, piperis, pyrethri ſingulorum drachmae tres, canchryos ſeu fructus rorismarini, euphorbii ſingulorum drachmae undecim, oleorum cyprini, nardini, gleucini ſingulorum unciae tres, calide inungito.

 Aliud.

mate, ἀλείματα παρετοῖς. Cod. E. delet ἄλλο et habet ἀλλείματα, et in marg. λζ. Cod. B. caput novum hic non orditur.

πέπερι] Cod. E. πεπέρεως.

Lγ'] Codd. A. et C. Γο γ'.

κάγχρυος] Cod. D. κέγχρυος. qui novum caput hic facit. Cod. E. ponit haec ante καστόριον etc. pro Lx'. habet LΓ'. Noſter iterum κάγχρυ cap. 108. Promiſcue dici κάχρυ et κάγχρυ autumat *D'arnaud* Lect. Gr. lib. I. c. 18. p. 125. quam opinionem etiam fovet *Martinius* Etymolog. p. 668. Sed κάχρυ unice probat *Derville* Miscell. Obſerv. Vol. II. p. 437. conf. *Pierſon* ad *Moerridem* p. 213. *Cratinus* comicus apud Schol. *Ariſtophanis* ad Nub. vſ. 447.
Οἶσι νῦν Φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς τοῖς κύρβεσιν.
Quid ſit docuit *Scaliger* in Scaligeran. primis p. 46. *Plinius* lib. XXIV. c. 11. *Apulejus* de virib. herb. c. 81. *Caelius* Rhodig. Lect. Antiq. lib. XII. c. 1. *Salmaſius* in *Solinum* p. 423. Petr. *Petitus* in *Aretaei* cur. morb. acut. lib. II. p. 244.

εὐφορβίου] Codd. A. et C. εὐφολβίου. Cod. D. ἐφορβίου.

Lx'] Codd. A. et C. Γο γ'.

κυπρίνου] Horum oleorum nulla mentio in codd. A. C. et E. ſed agnoscit illa Cod. B.

θερμόν] Frequenter noſter huic verbo caſum tertium jungit, ſed recentiores etiam quartum adhibent. *Nicetas* apud *Salmaſium* ad *Lampridium* p. 859. καὶ ἠλείφετο μυρίσματα ῥοδοσαμμάτων παντοῖα, μόσχους, ζαπέτια, ἄμπαρ. Cod. E. θερμοκύρου.

ἄλλο] Deeſt in Codd. A. C. et E. Cod. D. ἄλλως.

οὐγΓ. α΄. χαλβάνου οὐγΓ. ϛ΄. κασορίου, εὐφορβίου, ἀνδράχνης, νίτρου. κάγχρυος ἀνὰ Lδ΄. πόματα ἀπαρέτοις. κασόριον Lγ΄. σὺν εὐκρατόμελι πινόμενα. σφόδρα δὲ βοηθεῖ τοῖς παρειμένοις σώμασι τὸ ἀφέψημα τῶν χλωρῶν κληματίδων συνεχῶς πινόμενον νῆστις· ἄλλο δεδοκιμασμένον πρὸς τὰς τοιαύτας διαθέσεις· κασορίου, πηγάνου

χαλβάνου] Leg. χαλβάνης, ut ſupra, ac ſic ubique apud noſtrum. Codd. D. et E. χαλβάνην. *Anonymus* tamen de V. S. p. 8. εἶτα χάλβανον μαλάξας. quod per metaplasmum quis dictum ſuspicetur. Noſter c. 20. κηρωτὴν ut omnes medici; κηρωτὸν maluit auctor *Cynoſophii* p. 192. Sic θηριακὴ quae dicitur, θηριακὸν vocatur aliis, ſed in his adjectivis ſubaudiendum φάρμακον, aut ſimile. χαλβάνης legendum eſſe, recte docuit *Caſaubonus* ad *Suetonii* lib. VII. p 592. ac ſic quoque Codd. A. B. et C. Latini *galbanum* maluerunt mutato χ in γ ut *laganum*, λάχανον. *Horatius* Serm. I. Satyr. 6. vſ. 115. adde *Salmaſium* ad *Pollionem* p 234. ſic lapis precioſus χαλαζίας dictus *Pſello* de lapid. p. 36. *Galatias* vocatur ab *Iſidoro* Orig. lib. XVI. c. 13. λάγανον pro λάχανον eſt apud *Oribaſium* ex *Athenaeo* Collect. Medic. lib. I. c. IX. p. 8. et in epigrammate *Jenſiano* 139. ubi λαγχάνων reſcribit doct. Adr. *Heringa* Obſerv. c. 30. p. 271.

οὐγΓ. ϛ΄.] Codd. A. et C. ϛ΄.

εὐφορβίου] Codd. A. et C. εὐφολβίου. Cod. D. ἐφολβίου.

ἀνδράχνης] Codd. A. et C. ἀδάρκης. ac ita quoque Codd. B. et E.

Lδ΄.] Codd. A. et C. οὐγΓ. δ΄. Addit Cod. D. σὺν ναρδίνῳ μύῳ (μύρῳ) καὶ κυπρίνῳ, ὁμοίως ἄλειφε θερμόν.

πόματα ἀπαρέτοις] De voce πόματα vid. *Salmaſius* ad *Solinum* p. 334. παρέτοις non ἀπαρέτοις legendum, litera α a vocis praecedentis terminatione huic voci adhaeſit de qua librariorum inadvertentia queſti ſunt *Caſaubonus* ad *Suetonium* p. 15. et *Marklandus* ad *Euripid.* Suppl. vſ. 1070. de Latinis *Ciofanus* ad *Ovidii* Metamorph. lib. XIV. vſ. 484. vel quod litera illa a neotericis aliquando vocibus praefixa ſit, ut ἀσκαμμωνία apud *Piſidam* de mundi opif. vſ. 929. ita Cod. D. c. 8. ἀνάπυος exhibet pro edito νάπυος et *acactus* pro *cactus* in veteri gloſſario apud *Salmaſium* ad *Tertullianum* de pallio p. 172. *Aretaeus* lib. I. de cur. acut. c. I. p. 75. παχὺ γὰρ καὶ γλίσχρον καὶ ἀλεαῖνον. l. καὶ λεαῖνον. conf. cel. *Alberti* Miſcell. Crit. p. 232. quin et alias literas pari modo adjunxerunt, ut noſter c. 55. λεχαρῶδες pro ἐσχαρῶδες, et in cod. Barocc. *Geoponicorum* VI. 14. ἐπιμελῆ pro πιμελῆ ſcriptum teſtatur *Needham.* ἐπιμελῶδες pluries apud *Ariſtotelem* H. A. lib. III.

c. 2.

Aliud. Caerae uncia, galbani unciae ſex, caſtorii, euphorbii, portulacae, nitri, canchryos, ſingulorum drachmae quatuor. Potio ad reſolutos. Caſtorii drachmae tres cum melle tepido epotae. Reſolutis etiam valde prodeſt continuo jejuno ventriculo ſumptum decoctum ſarmentorum viridium. Aliud. Experientia ad ſimiles affectiones comprobatum, caſtorii, rutae ſilveſtris ſeminis,

c. 17. ſic apud *Theophraſtum* Char. c. 19. pro θηριωθῆναι, in quibusdam editionibus legi ἐθηριωθῆναι teſtatur *Fiſcherus*. noſter c. 1. περιστερεῶνος βοτάνης ὀρθῆς, ubi cod. A. ἐόρθης dat. Verum ne quid diſſimulem, aliud hic latere ſuſpicor, et vocem ἀπαρέτοις ſanam eſſe et explicandam πρωτοπαρέτοις, qui prima vice paralyſi tentantur, quemadmodum ἄτοκον apud *Heliodorum*, quod ſcite expoſuit *Dorville* ad *Charitonem* p. 250. Compoſita talia plura dedit *Salmaſius* ad *Achillem* Tat. p. 553. conf. eximiae eruditionis vir Blaſius *Caryophilus* de therm. Herculan. p. 41. Vocalem ι frequenter praefigi nominibus ab σ incipientibus docent *Salmaſius* ad *Capitolinum* p. 288. in primis ante duos conſonantes ut evicit abunde Phil. *Buonarruoti* Antiq. Vitr. p. 112. Sed addit Cod. D. ὀποπάνακος κυ. μεγ. καταπινόμενον ἢ σαγαπηνοῦ ἢ ὀποῦ κυρηναικοῦ σὺν εὐκρατομέλιτι ὀρόβου μέγεθος πινόμενος. ex reliquis codd. haec emendanda. Caeterum verba haec a *Pauli* exemplaribus abſunt, qui tamen lib. III. 20. ὀπισθοτονικοῖς πότιμα dixit. Cod. A. C. et D. iterum caput novum, XXXIX nempe inchoant, cujus lemma eſt πόματα παρετοῖς.

κατόριον Λγ´] Cod. A. κατόριον &, quod non infrequens οὐγκίας ſignum eſſe me docuit cl. *Bolla*.

εὐκρατομέλιτι] Sequitur in Cod. A. et C. σὺν εὐκράτῳ μέλιτι, ὀποπάναξ, κυάμου μέγεθος καταπινόμενος, ἢ σαγάπηνον, ὀρόβου μέγεθος ἢ ὀπὸς κυρηναϊκὸς σὺν εὐκράτῳ μέλιτι πινόμενα. Cod. B. ὁμοίως πόμα παρετοῖς· ὀποπάνακος κυάμου τὸ μέγεθος καταπινόμενον, ἢ σαγαπήνου ἢ ὀποῦ κυρηναικοῦ σὺν ἀκρατομέλιτι ὀρόβου μέγεθος πινόμενον. Cod. E. εὐκρατομέλιτι· Ὀποπάναξ κυάμου μέγεθος καταπινόμενος, ἢ σαγαπηνὸν θρόμβου μέγεθος, ἢ ὀποῦ κυρηναικοῦ ὀρόβου μέγεθος σὺν εὐκρατομέλιτι πινόμενα. Aberravit oculus librarii, cui codicem Auguſtanum debemus, ita, ut propter ultimum verbum, integram paragraphum praetermiſerit. Reliqua hujus capitis a codicibus abſunt.

νῆσις] Leg. νήστισιν. *Hippocrates* de ſalubri victus ratione p. 4. τοὺς στρυφνοὺς — τὰς ταλαιπωρίας ἁπάσας νήστιας ποιέεσθαι. et de natura muliebri p. 146. de foemina: διδόναι νήστιδι.

γάνου ἀργίου σπέρματος, ὀποπάνακος ἀνὰ ὀβολοὺς δύο, πυρέθρου ὀβολοὺς δύο; ἀκόρου τὸ ἴσον, πέπερι κο. ί. μεθ' ὑδρομέλιτος κυάθοις δύω· δίδου τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς τὴν πρώτην, εὐτονήσαντος δὲ τὸ ὅλον. Πρὸς δὲ πάρεσιν αἰδοίου σὺν τοῖς ἄλλοις, δίδου πιεῖν καὶ τὸ αἰδοῖον τοῦ ἐλαφίου προσεσμιγμένον ὥσπερ ζώνη, καὶ τὰ κρέα αὐτοῦ

κο. ί.] id eſt κόκκευς. conf. c. 71. et 125. κόκκοι ῥοᾶς memorantur ex *Archilocho Polluci* lib. VI. c. 11. ſegm. 80.

κυάθοις] *Gorraeus* ad *Nicandri* Ther. p. 93. „Eſt autem κύαθος „menſura ſescunciam capiens, ſive drachmas duodecim." conf. *Sponii* Miſcell. Erudit. Antiquit. p. 304. Aegris menſuram hanc propinabant. *Juvenalis* Satyr. V. vſ. 32.

Cardiaco nunquam cyathum *miſſuris amico.*

ubi vetus Scholiaſta exponit *menſuram modicam.* Cyathum eſſe ſuſpicor vasculum, quod inter alia antiquitatis monumenta poſſidet vir ampliſſimus et rei antiquariae peritiſſimus Ger. *van Haſſelt*, conſul Arenacenſis, cujus benevolentia ejus delineationem hic addo. Eſt ex terra lateritia cum nigra incruſtatura literisque et ornamentis albis notatum. De forma litterae ι in inſcriptione conf. *Dorville* Sicul. c. V. p. 43. tab. B. unde puto eveniſſe, ut litterae I et Y frequenter in marmoribus permutarentur a deſcriptoribus incautis. Sic δυμήνω pro διμήνω in marmore Creteuſi, ut notat idem vir eruditiſſimus ad Syllogen Inſcript. veter. p. 514. et *Burmann.* p. 548. Servos apud Romanos medicamenta miſcuiſſe docet Jo. *Rhodius* ad *Scribon.* Larg. p. 189.

ἥμισυ] Simili prudentia utitur *Aretaeus* cur. morb. acut. lib. I. c. 4. p. 82. B.

παντὸς — τὸ ὅλον] Recentiores his adjectivis uti promiſcue obſervat *Salmaſius* ad *Solinum* p. 711. conf. *Scaligerana* prima p. 131. *Dorville* ad *Chariton.* p. 369. Petr. *Horreus* Obſ. Critic. c. 6. p. 45. Jo. *Schraderus* ad *Muſaeum* p. 336. ſummus *de Villoiſon* ad *Longum* p. 55. De Latinis idem obſervat *Caſaubonus* ad *Spartianum* p. 638. *Leontius* apud *Photium* p. 1512. τοιούτου γὰρ δικαστοῦ, ὅλα φωνὴν ἔχει τὰ μέλη, pro quo rectius *Theophylactus* Simoc. ep. 43. ἅπαντα γὰρ τὰ τοῦ σώματος μέλη γλώττας ἔχειν, aliter tamen ep. 10. conf. c. 105. 127. Noſter c. 129. πάντας φλεβοτομοῦσι, ubi cod. D. ὅλους habet et c. 150. ἀλειφέσθω ὅλον τὸ σῶμα ubi cod. B. πᾶν τὸ σῶμα.

τὴν πρώτην] *Xenophon* Memorab. lib. III. c. 6. p. 133. οὐκοῦν καὶ περὶ πολέμου συμβουλεύειν τήν γε πρώτην ἐπισχήσομεν. ubi ſub-

nis, opopanacis, pyrethri, ſingulorum oboli duo, acori tantundem, piperis grana decem cum aquae mulſae cyathis duobus; dimidium hujus totius primum dato, robuſto vero totum. Ad colis vero reſolutionem una cum reliquis potui exhibeto pudendum cervi, alligatum velut ... zona,

ſubintelligendum ἀρχὴν, *ab initio*, vid. L. Bos Ellipſ. Gr. p. 18. et cl. *Erneſti* ad *Xenophontis* locum cit. *Iſidorus* Peluſ. ep. 480. ὅτι τοῖς τῆς ἀρετῆς πόνοις ἐκ πρώτης μέχρι τελευτῆς ἐγκαρτερῆσαι οὐχ οἷόν τε. *Aelianus* H. A. lib. II. c. 11. προσῆγε δὲ αὐτοὺς ἄρα ἡσυχῆ τήν γε πρώτην. Forte tamen apud noſtrum ſubintelligendum ἡμέραν, ſic c. 136. μετὰ δὲ τὴν πρώτην ἡμέραν. Ev. *Lucas* Act. Apoſt. c. XX. 18. ἀπὸ πρώτης ἡμέρας.

εὐτονήσαντος] Forte addendum τοῦ ϛομάχου. aut ſubaudiendum τοῦ κάμνοντος.

τὸ ὅλον] Subaudiendum πόμα, vel ſimile quid. Frequenter apud Graecos poſt ὅλον reticetur ſubſtantivum. *Aretaeus* de cur. morb. acut. lib. I. c. 6. p. 4. B. ἡ ἀπότασις ὅλου ἀϛραβὴς, παντὴ καὶ ἀκλινής. ὅλου nempe σώματος. *Heliodorus* lib. IV. p. 172. οὐκ ἄλλο τι τοῦ σώματος, οὐ μέρος, οὐχ ὅλον νοσεῖ που. Sine articulo, quem noſter iterum addidit c. 10. et 94. Loca ubi neglectus articulus μακροτέρας ἀριθμῆσαι ſχολᾶς. Apud *Lucianum* frequenter admodum additur, vid. index Lucianeus p. 311. Sed noſter ſermonis elegantiae non litat, aut articulus debetur librario; neque aliter ſtatuo de praecedente τὸ ἥμισυ. Cum quantitas haec indicatur per characterem, omittitur frequentiſſime apud noſtrum, bis tamen invenitur additus capite nempe 106. et 285. omiſſus apud *Pindarum* Nem. Od. X. p. 149. et *Lucianum* T. I. p. 801. et 861.

πιῶν] Poſt hoc verbum diſtinctio majuſcula ponenda, pertinent enim haec verba ad antecedentia et καὶ periodum novam inchoat.

ἐλαφίου] Diminutivo hoc ſaepius uſus eſt noſter. vid. index. *Xenophon* Geopon. lib. XIX. p. 467. et *Africanus* lib. II. c. 18. Medicamentum hoc explodit *Wallerus* apud *Tully* Eſſai ſur les maladies de Dunkerque p. 132. cui virtutem non abrogat Th. *Bartholinus* Epiſt. Medic. Cent. I. ep. 66. p. 273.

προσεσμούμενον] προσδεσμούμενον. Videtur quid excidiſſe. Forte leg. προσδεσμούμενον ὥσπερ ζώνη ὠφελεῖ. Verbo hoc uſus eſt *Heliodorus* lib. X. p. 503.

ζώνη] *Moeris* p. 74. conf. Carol. *Neapolis* ad *Ovidii* Faſt. lib. V. vſ. 675.

ψία] *Hippocrates* de vit. ration. lib. II. p. 24.

αὐτοῦ ἐσθιόμενα, καὶ πολύποδες θαλάττιοι, καὶ ἐχῖνοι καὶ τῶν πτηνῶν οἱ ψᾶροι.

ΠΕΡΙ ΣΠΑΣΜΟΥ.

ΚΕΦ. ΛΗ'.

Ὁ σπασμὸς ἤτοι ὑπὸ πληρώσεως γίνεται, ἢ ὑπὸ κενώσεως· ἔστι δὲ κίνησις ἀπροαίρετος, ἐν προαιρετικοῖς μορίοις, ἅ εἰσι νεῦρα καὶ μύες· ταῦτα δὲ ἢ πληρούμενα ὑγρότητος σπῶνται, ἢ ξηραινόμενα διὰ κένωσιν, ἢ πυρετόν. καὶ ὁ μὲν διὰ ξηρότητα γινόμενος σπασμὸς, ἀνίατός ἐστι. Τὸν δὲ δι' ὑγρότητα, δεῖ πηγανίνῳ ἐλαίῳ διατρίβειν

πολύποδες] *Hippocrates* de vict. rat. lib. II. p. 14. *Aelianus* H. A. lib. XIV. c. 4. *Plutarchus* T. I. p. 25.

ἐχῖνοι] Eleganter eos deſcribit *Empedocles* apud *Plutarchum* T. I. p. 170. *Ariſtoteles* H. A. lib. IV. c. 5. *Dioſcorides* lib. II. c. 1. *Athenaeus* lib. III. c. 12. p. 91. *Philes* c. 61. ubi vſ. 2. leg. ὃν εἶδεν. conf. *Petronius* Satyr. c. 130. *Aelianus* H. A. lib. XIV. c. 4. *Martialis* lib. XIII. epigr. 81. Echinos adpetebant ditiores, vid. *Juvenalis* Sat. IV. vſ. 143. in portu Miſeno erant optimi. *Horatius* Serm. lib. II. Sat. IV. vſ. 41. menſas frigidas ornabant. *Salmaſius* ad *Capitolinum* p. 107. θαλάττιον ὄστρεον exponit Schol. *Ariſtophanis* ad Vesp. vſ. 1427. adde *Oppianum* et *Euſtathium* in Hexaëm. p. 20. Lud. *Nonius* de re cibar. lib. III. c. 33. Gloſſae Leid. Mſſ. ad *Juvenalis* Sat. IV. vſ. 143. *Echinus genus eſt piscis ſemipedalis et ſcabroſi, qui ſi navi haeſerit, fertur eam tenere quaſi anchora; eſt autem ſuaviſſimi ſaporis.*

ψᾶροι] Commendat ſturnos Schola Salernitana c. 29. ubi vid. enarratores, raro menſis inlatos fuiſſe ex *Antiphanis* loco conjicit Lud. *Nonius* de re cibaria lib. II. c. 32. Depingit eos *Conſtantinus* Manaſſ. Annal. p. 12. ſed noſter non temere addidiſſe videtur τῶν πτηνῶν, nam recentiores *pſari* vocant piscem teſte *Sponio* petit dictionaire p. 399. Sinus Criſſaeus hodie ψαρουμάτια, id eſt *oculus piscis* dicitur, ut refert *Wheelerus* Itinerar. T. II. p. 35. Sturni carnem omnibus avium carnibus anteponit *Philippus* de Lignamine in libro *archana medicinae* inſcripto p. 22.

Cap. XXXVIII. Cod. E. λθ'.

ὁ σπασμὸς] *Paulus* lib. III. c. 19. *Celſus* lib. III. c. 27. *Caelius* Aurel. acut. morb. lib. III. c. 6. *Aretaeus* de cauſ. morb. acut.

zona, et carnes ipſius comeſtae, et polypi marini et ſe-rinacei, et ex volucribus ſturni huc faciunt.

DE CONVVLSIONE.

Cap. XXXVIII.

Convulſio fit aut ex repletione aut inanitione, et eſt motio involuntaria partium ſervientium motui voluntario, quae ſunt nervi et musculi; quae cum humore implentur, convelluntur, quemadmodum etiam cum vel exinaniuntur, vel ob febrem exſiccantur, itaque quae a ſiccitate fit convulſio, ſanationem non recipit: quae

acut. lib. I. c. VI. p. 3. qui addit p. 4. B. τάδε μὲν οὖν ξὺν πάσῃ ἰδέῃ σπασμῶν. Leg. ξυνὰ, ſequitur enim ἰδίῃ δὲ ἑκάστης.

ἤτοι] Codices A. B. C. et E. ἢ.

πληρώσεως] Cod. B. ἢ ἀποκενώσεως γίνεται ἢ πληρώσεως.

προαιρετικοῖς] Cod. E. ἐν τοῖς προαιρετικοῖς. *Galenus* de Oſſib. p. 4. καλοῦσι δὲ τὰ μὲν τινὰ προαιρετικὰ (νεύρων γένη), τὰ ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου πεφυκότα.

μορίοις] addit Cod. B. γινόμενος.

πληρούμενα] Codd. A. et C. πεπληρωμένα.

σπῶνται] Omittunt Codd. A. et C.

διὰ] exulant e Cod. B. verba διὰ κένωσιν ἢ πυρετὸν.

ξηρότητα] Codd. A. et C. ξηρότητας. Auctor anonymus cel. *Sim* de Hydrophobia Vol. II. Memoirs of the Medical Society of London c. I. p. 3. ὑπὸ τούτων δὲ (τῶν χυμῶν) ἀναξηραινομένου τοῦ τε ὅλου σώματος σὺν τῷ πνεύματι, καὶ τοῦ στομάχου, εἰκός ἐστι καὶ τὸν σπασμὸν ἔσεσθαι.

ἀνίατος] Paulus σχεδὸν ἀνίατος, ut noſter c. 233. *Celſus* l. c. *fere inſanabilis* morbus eſt. cui adſtipulatur *Amatus* Luſit. Cur. Medicin. Cent. VII. Cur. II. Addit Cod. B. ὁ δὲ δι' ὑγρότητα οὐκ ἀνίατος μὲν, δυσίατος δέ.

ὑγρότητα] Codd. A. et C. ὑγρότητας.

πηγανίνῳ] Cod. E. πηγάνῳ.

δεῖ] Cod. B. δεῖ τοίνυν.

διατρίβειν] Cod. D. ἀνατρίβειν τὰ σπώμενα.

τρίβειν τὰ σπώμενα μόρια, ἢ συκιονίῳ, ἢ παλαίῳ προσπλέκων τούτοις καςόριον, Βοηθεῖ δὲ τούτοις πινόμενα, ἀκάνθης λευκῆς τὸ σπέρμα πινόμενον, ὁμοίως δὲ τῆς αἰγυπτίας ἀκάνθης, καὶ τὸ καςόριον. Τοὺς δὲ διὰ ξηρότητα σπωμένους λούειν, καὶ εἰς ὑδρέλαιον ἐμβιβάζειν.

ΠΕΡΙ ΕΜΠΡΟΣΘΟΤΟΝΟΥ, καὶ ὀπισθοτόνου, καὶ τετάνου.

ΚΕΦ. ΛΘ.

Ἐμπροσθότονός ἐςιν σπασμὸς τῶν ἐμπροσθίων ῥαχιτῶν μυῶν, ὅταν κεκαυμένοι εἰσὶ, καὶ οἷον κεκυρτωμένοι,

συκιονίῳ] leg. σικυονίῳ. *Statius* Thebaid. lib. IV. vſ. 50.

Qui Drepani ſcopulos et cliviferae ſicyonis
Culta ſerunt.

ubi *Lactantius* Corinthi municipium olivis fertile.

ἢ σικυονίῳ ἢ παλαίῳ] Codd. A. et C. σικυωνίων ἢ παλαιῶν. Eodem modo noſter c. 39. συκιονίῳ ἢ παλαίῳ, vid. ad c. 123. Hippocrates Aphor. IV. 76. Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐοντι σάρκια μικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες ξυνεξέρχονται. ubi particulam ἢ delebant nonnulli inter antiquos, quibus contradicit *Galenus*, aſt Galenum reprehendit Th. *Bartholinus* Epiſt. Med. Cent. IV. ep. 87. p. 445. ac ἢ tolli vult, malim itidem per ἤγουν exponere.

προσπλέκων] Leg. προσπλέκοντα vel προσπλέκοντας, comprobantibus codd. B. et E. *Simeon* Sethi de Aliment. p. 55. προσπλέκων τοῦτο ταῖς οἰκείαις τροφαῖς. M. *Antoninus* lib. X. c. 7. ὅτι ἐκεῖνό σε λίαν προσπλέκει τῷ ἰδίως ποιᾷ. *Theodoritus* H. E. lib. IV. c. 20. p. 1336. καὶ θρῆνοι προσπεπλεγμένοι δάκρυσιν ὀξέσιν. *Epiphanius* adv. haereſ lib. I. p. 56. ὡς ἐλλέβορον μέλιτι παραπλέκων. Noſter c. 10. συμπλέκειν ubi cod. B. προσπλέκοντας habet. Cod. B. τούτοις προσπλέκειν, Cod. E. προσπλέκοντα.

πινόμενα] Verbum hoc non agnoscunt Pauli exemplaria, nec Cod. E. et eſt ſuperfluum ac ex margine forte in textum migravit. Cod. B. πινόμενον.

τούτοις] Codd. A. et. C. τούτῳ. Cod. B. αὐτοῖς.

quae vero ab humiditate, in hac oleo rutaceo partes convulſos perfricare, vel ſycionio, vel veteri caſtorio admixto oportet. Hos praeterea juvat ſpinae albae ſemen et Aegyptiae quoque et caſtorium in potu aſſumptum. Qui vero ex ſiccitate convelluntur, hos lavare, et in oleum aqua mixtum immergere oportet.

DE EMPROSTHOTONO

ET OPISTHOTONO ET TETANO.

Cap. XXXIX.

Emproſthotonus convulſio eſt anteriorum ſpinae musculorum, cum veluti combuſti et decurtati ſunt, et [illegible] ſeſe

λευκῆς] abeſt a cod. B.

ἀκάνθης] Gloſſae Jatricae Mſſ. Ἀκάνθα αἰγύπτια, ἀγριόκαρδος. Ἀκάνθα λευκὴ ὁ λεγόμενος ποδδακάν. *Dioscorides* lib. III. c. 21. *Herodotus* lib. II. p. 146. *Theophraſtus* H. Pl. lib. IV. c. 3. et ad eum *Bodaeus* p. 305. *Aratus* vſ. 921. *Plinius* H. N. lib. XII. c. 16. et lib. XXIV. c. 11. et 12. *Piſides* vſ. 1511. Gloſſae Jatricae apud *Gaulminum* ad *Euſtath.* Erot. p. 17. ἀκανθὸς ἀγρυπνίαν παρέχει. De utraque acantha *Salmaſius* ad *Solin.* p. 569. adde *Ciofanum* ad *Ovidii* Metamorph. lib. XIII. vſ. 701.

αἰγυπτίας] Codd. A. et C. *αἰγυπτιακῆς.*

καὶ τὸ καςόριον] *Paulus κενταυρίου.*

δὲ] Omiſſum in Codd. A. et C.

Cap. XXXIX. Cod. E. *μ'.*

καὶ ὀπισθοτόνου] *καὶ* delent Codd. A. et C.

καὶ τετάνου] deſiderantur in Cod. E.

Ἐμπροσθότονος] *Hippocrates* de rat. vict. in morb. acut. p. 73. *Aretaeus* acut. morb. lib. I. c. 6. et de cur. acut. lib. I. c. 6. *Celſus* lib. IV. c. 3. *Caelius* Aurel. acut. morb. lib. III. c. 6. *Paulus* lib. III. c. 20. *Priscianus* lib. II. c. 10.

ἐμπροσθίων] deeſt in Codd. A. C. et E. Cod. B. *τῶν τῆς ῥάχεως.*

μένοι, καὶ οὐ δύνανται ἀνατείνειν ἑαυτοὺς· ὀπισθότονος δὲ τοὐναντίον, ὅταν τεταμένοι εἰσίν εἰς τὰ ὀπίσω. Τέτανος δὲ σύνθετόν ἐστι πάθος ἔκ τε ἐμπροσθοτόνου, καὶ ὀπισθοτόνου ὅταν ὀρθοὶ ἵστανται, καὶ οὔτε ἀνατεῖναι ἑαυτοὺς, οὔτε κάμψαι δύνανται. Τὸ δὲ αἴτιον πλήρωσις ἐστι τῶν μυῶν πνεύματός τε παχέος, καὶ ψυχροῦ χυμοῦ. κράτιστον δὲ αὐτοῖς ἐστὶ βοήθημα. πυρετὸς ἐπιγινόμενος οὐκοῦν ἐξ ἀρχῆς τούτους φλεβοτομητέον, καὶ ἐρίοις σκεπαστέον ἐλαίῳ βραχεῖ συκιονίῳ, ἢ παλαίῳ σὺν καστο-

ρίῳ,

ῥαχιτῶν] Quinam musculi hi?

μυῶν] Codd. A. et C. μελῶν.

κεκαυμένοι] Leg. κεκαμμένοι. *Paulus* ἐπικάμψαι. Codd. A. et C κεκαμένοι.

εἰσὶ] Codd. A. et C. εἰσιν. Cod. D. ὦσι. Cod. E. ὦσιν.

κεκυρτωμένοι] *Xenophon* memorab. lib. III. c. 10. p. 152. ἀτὰρ τοῦ σώματος μὴ μένοντος, ἀλλὰ τότε μὲν κυρτουμένου. ac si homo gibbosus fieret nimium se incurvando, quod accidisse ferunt If. *Casaubono* et *Lipsio*, Scaligerana secunda p. 258. cui etiam fuit duplex vesica, ut scribit Th. *Bartholinus* Epist. Med. Cent. III. ep. 2. p. 10. *Heliodorus* lib. II. p. 12. de bucca inflata: ἐπειδὴ κυρτουμένην αὐτῇ τὴν παρειὰν ἐν τοῖς αὐλήμασιν εἶδε. Notum quoque *Platonis* τὸ ἐπίκυρτον ex *Plutarcho* T. I. p. 92. Utuntur etiam Graeci verbo συγκύψαι et ἀνακύψαι ut *Lucas* Ev. c. XIII. 11. ubi consul. *Kypke* l. l. p. 278. et ἐγκύψαι. *Ammonius* in *Porphyrii* Isagog. p. 3. Κλεόμβροτός τις ὀνόματι ἐγκύψας τῷ τοῦ Πλάτωνος Φαίδωνι, quae verba laudat *Bentlejus* ad *Callimachi* epigr. XXIV. p. 200. ubi corrigit ἐγκύρσας, quam emendationem infringit *Actuarius* de spir. animal. lib. I. p. 7. de apibps: τοῖς αὐτοῖς δ' ἀεὶ καὶ σφίσιν οἰκείοις ἐγκεκύφασιν ἔργοις. quo verbo etiam usi sunt *Origenes* Philosophum p. 170. et *Palladius* Hist. Lausiac. p. 158. *Achilles* Tat. lib. I. p. 21. καὶ ἐγκεκυφὼς ἀνεγίνωσκε. Jo. *Chrysostomus* in Psalm. V. p. 538. ἐγκύπτωμεν τοῖς ἐγγεγραμμένοις.

οὐ δύνανται] Codd. A. et C. ὀδύνανται. ὀ pro οὐ. vid. not. ad c. 166.

ἀνατείνειν] Cod. D. ἀνατεῖναι.

ὀπισθότονος] *Hippocrates* de dieb. judic. p. 26. *Amatus* Lusitan. Cur. Medic. Cent. VII. cur. 10. *Glossae* Mss. ὀπισθότονος εἶδος νόσου ἀθεράπευτος.

ὅταν] Codd. A. et C. ὅτε τεταμένοι.

εἰσὶν] Cod. B. ὦσιν.

ſeſe flectere nequeunt. Opiſthotonus contra cum in poſteriora tendunt. Tetanus porro compoſitus ex utroque affectus eſt, cum et recti ſtant, et ſeſe extendere vel flectere nequeunt. Cauſam habet repletionem a ſpiritu craſſo, ut humore frigido, optimum vero ipſis praeſidium eſt, febris, quae non per initia fuerit, ſuperveniens. His itaque venam incidere, et lanis in oleo ſycionio deſideratur in graeco, ſed ſubintelligendum ta-

 men

τέτανος] *Oribaſius* Anatom. p. 212. *Alexander* Aphrod. lib. I. probl. 53. *Iſidorus* Origin. lib. IV. c. 6. Tetanus, *major eſt contractio nervorum a cervice ad dorſum.*

σύνθετόν ἐςὶ] Cod. E. ἐςὶ σύνθετον.

ἵςανται] Cod. E. ἱςῶνται.

ἑαυτοὺς] Codd. A. et C. αὐτοὺς.

δύνανται] Codd. B. et E. δύνωνται.

πλήρωσις] Codd. A. B. et C. πληρώσεις.

τε παχέος] Abeſt τε a cod. B.

χυμοῦ] Deeſt in codd. A. C. et E.

κράτιςον] *Priſcianus* l. c. ſecundum effatum *Hippocratis* Aphor. IV. 57. et de judication. p. 23. Cod. B. κράτιςα βοηθήματα.

βοήθημα] *Syneſius* de febr. cap. VIII. p. 268. μετὰ τῶν βοηθημάτων τῶν κενούντων τὸν χυμὸν τοῦτον, ubi vid. not. ſed poſt ἐπιγινόμενος diſtinctio major ponenda, quod non animadverſum ab interprete, eum in errorem induxit. Quomodo febris hos juret, expoſuit *Tuky* Eſſai ſur les maladies de Dunkerque p. 113.

οἰνοῦν] Cod. B. οὐκ ὤν. ac ſic quoque Cod. E. qui favent interpreti.

ἐρίοις] Frequens apud veteres uſus lanae pro fotu. *Ariſtoteles* H. A. lib. VII. c. 4. p. 1001. A. τὰ δὲ ἑπτάμηνα γόνιμα γίνεται πρῶτον, ἀσθενῆ δὲ τὰ πολλὰ διὸ καὶ σπαργανοῦσιν ἐρίοις αὐτά. *Demoſthenis* exemplum apud A. *Gellium* N. A. lib. XI. c. 9.

βραχῦ] Leg. βραχέσι. Excidit ſyllaba propter ſequentis vocis initium, σικυωνίῳ: quod ſaepius eveniſſe in codd. Mſſ. ignorat nemo. Hinc emendandum ſuſpicor locum *Theophraſti* Char. c. 2. ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι leg. ἐπὶ τὸ ὄνομα αὖ αὐτοῦ κ. Tali honore Agamemnonem mactat Neſtor apud *Homerum* Iliad. I. vſ. 97.

'Eν

ρίῳ, καὶ κισύας κολλητέον τῷ τε αὐχένι καὶ τῇ ῥάχῃ. καὶ εἰς ἔλαιον ἐμβιβάζειν δὶς τῆς ἡμέρας· ποτιςέον δὲ πάνακος ὀπὸν, ἢ ἀμμωνιακὸν, ἢ ὀπὸν κυρηναϊκὸν ὀρόβου μέγεθος σὺν μέλιτι, σιλφίου τε ῥίζης κοχλιάρια δύο σὺν εὐκρατομέλιτι καὶ ὑσσώπου ἀφεψήματι, ἢ καςορίου ὅσον L΄. Σύγχρισμα δὲ νάρδου ξ. α΄. κηροῦ οὐγΓ. β. φύλλου, μώμου, ςύρακος, μαςίχης ἀνὰ οὐγΓ. α΄. καςορίου,

Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι, οὕνεκα πολλῶν Λαῶν ἐσσὶ ἄναξ.
Ad quem locum quoque respexisse videtur auctor epigr. *Anthol.* lib. V. epigr. 113. et 118. *Heliodorus* lib. VI. p. 282. εἴπερ τι χρὴ τοῖς προθεσπισθεῖσι περὶ ὑμῶν. leg. τοῖς προθεσπισθεῖσι πιςεύσαι. *Isidorus* Pelus. ep. 446. p. 229. καὶ τί γὰρ οὐ τῶν αἰσχρῶν καλέσας ἐν τοῖς αὐτοῦ γράμμασι Ζώσιμον. leg. ἐν τοῖς σαυτοῦ. Codd. A. et C. βράχεσι ὠκυωνία. Cod. B. ἐλαιο βράχεσιν ἀπὸ σικυωνίου ἢ παλαιοῦ. Cod. E. βράχεσι σικυωνίου, ἢ πάλιν. Fraudi fuit interpreti omissio syllabae σι post, βραχεῖ, ut addiderit, *desideratur in graeco, sed subintelligendum tamen* imbutis, et τὸ βραχεῖ vertere neglexerit.

σικύας] Cod. E. σικυᾶν.

κολλητέον] Codd. A. et C. κολλητέον. Voluit forte librarius κολλιςέον. Compositum προσκόλλιζε adhibuit noster c. 116. sed lexica vulgaria ignorant utrumque tum simplex, tum compositum.

αὐχένι] *Galenus* de Ossib. c. 7. p. 16. διαφέρει γὰρ οὐδὲν, ἢ τράχηλον, ἢ αὐχένα προσαγορεύειν αὐτόν.

ῥάχῃ] Ita recentiores pro ῥάχις. *Melampus* de palpitat. p. 109. *Synesius* de febr. c. V. p. 182. *Moschio* de morb. mulier. c. 90. Schol. *Nicandri* ad Ther. vs. 316. *Du Cange* Gloss. p. 1286. noster iterum c. 172. Ῥάχις est dorsum apud nostrum c. 146. et quas c. 116. ubi *fissuram* vertit *Martius*, male; nam nostro fissura est ῥῆξις c. 118. Cod. B. tamen ῥάχει hic habet.

ὀπὸν] Codd. A. et C. ὀπτοῦ. Cod. B. ὀποῦ, ἢ κυρηναϊκοῦ.

ἀμμωνιακὸν] Codd. A. B. C. ἀμμωνιακοῦ.

ὀπὸν] Codd. A. et C. ὀποῦ κυρηναϊκου.

μέλιτι] Graeci cum sacchari usum ignorarent; ejus loco melle medicamenta gratiora reddebant, ut quoque observavit *Caryophilus* de usu et praestantia thermar. p. 4. Codd. A. et C. μέλιτος.

σιλφίου — εὐκρατομέλιτι] Caret his cod. E. De silphio vid. *Arrianus* de Exped. Alex. M. lib. III. c. 28. p. 145.

men imbuſtis, vel veteri cum caſtorio contegere oportet cucurbitulas denique et collo et ſpinae admovere, et bis in die in oleo immergere, pro potu utantur liquore panacis, vel ammoniaco, vel liquore cyrenaico, ervi magnitudine cum melle, vel laſerpitii radicis cochleariis duobus cum mulſa, et hyſſopi decocto, vel caſtorii drachma. Unguentum vero hoc. Nardi ſextarius unus, cerae unciae duae, folii, amomi, ſtyracis, maſtycis ſingulae

 unciae,

τε ῥίζης] Codd. A. et C. τὸ ῥ. Cod. B. τῆς.

κοχλιάρια δύο] non agnoscit Cod. B. Cod. D. δ'.

εὐκρατομέλιτι] Codd. A. et C. εὐκράτῳ μέλιτι. Cod. D. ἀκρατομέλιτι.

καὶ ὑσσώπου] Cod. E. ἢ ὑσσώπου ἀφέψημα.

ὅσον Lα.] Cod. B. Γο. α'.

Σύγχρισμα] *Paulus* lib. III. c. 18. *Marcellus* Empir. c. I. p. 33. *Perunctiones autem, quos Graeci συγχρίσματα vocant. Poëta* de virib. herb. apud *Fabritium* Biblioth. Gr. T. II. p. 636.

Σύγχριε τὸν κάμνοντα ὅλον

Noſter c. 265. Anonymus de Hydrophobia cl. *Sims* p. 5. καὶ συγχρίσματα τὸ δάφνινον, ἢ ἴρινον.

ξ] Codd. A. et C. ξι. Cod. B. ϛΓ. Cod. D. ὅσον ἑξαΓ α'.

φύλλου] *Iſidorus* Origin. lib. XVII. c. 9. *Heliodorus* lib. X. p. 494. *Polyaenus* lib. IV. p. 356. Jo. *Chryſoſtomus* in A. A. Serm. XXXIII. p. 799. τὰ μύρα, τὰ εὐώδη, ταῦτα ἔχει τοὺς σθεύοντας αὐτὰ, οἷον, φύλλον, ἄμωμον. *Juvenalis* Sat. VI. vſ. 465.

moechis foliata parantur.

ubi vetus Scholiaſta: Unguenta foliis plena vel aliis aromatibus. Hadr *Junius* de Coma c. VII. p. 402. Jul. Caeſ. *Scaliger* de Subtil. Exercitat. 146. 2. *Salmaſius* ad *Achillem* Tat. p. 610. *Petitus* ad *Aretaeum* p. 265. *Needham* ad Geopon. lib. VI. c. 6. *Bodaeus* ad *Theophraſti* H. Pl. lib. IX. c. 7. p. 1032.

ἀμώμου] Leg. ut apud *Paulum* et in cod. C. ἀμώμου, de quo vid. *Dioscorides* lib. I. c. 140. *Plinius* H. N. lib. XII. c. 13. *Strabo* lib. XVI. p. 1083. *Iſidorus* Origin. lib. XVII. c. 8. *Scaliger* Scaligeran. prim. 10. *Salmaſius* ad *Solinum* p. 285. et de Homon. Hyles Jatr. c. 91. *Bodaeus* ad *Theophraſt.* lib. IX. c. 7. p. 1014. *Needham* ad Geopon. lib. VII. c. 13. M. *Martinius* Etymolog. p. 59. *Matthiolus* ad *Dioscoridem* p. 47. Jo. *Rhodius* ad *Scribonium* Larg. p. 130. Sam. *Dale* Pharmacol.

ῥίου, ἀδάρκης, εὐφορβίου, πεπέρεως ἀνὰ οὐγΓ. β΄. ὀποβαλσάμου οὐγΓ. α΄.

ΠΕΡΙ ΤΡΟΜΟΥ.

ΚΕΦ. Μ΄.

Ὁ τρόμος γίνεται ἐπὶ ψύξιν νευρωδῶν μορίων. Ψύχονται δὲ διὰ ψυχροποσίαν, ἢ δίαιταν ψυχρὰν, ἢ διὰ ψυχρῶν καὶ γλίσχρων χυμῶν περιουσίαν· γίνεται δὲ καὶ ἐπὶ πυρετοῖς κακοήθεσι. Τούτοις ἐπιβρεχέσθω τὸ σῶμα ἐλαίῳ βαβίνῳ, ἢ παλαιῷ, ἢ συκιονίῳ, καὶ τὰ ἄκρα σκεπέσθω ἐρίοις. Εἰ δὲ χρονίζουσιν οἱ πυρετοὶ, καὶ εἰς ὑδρέλαιον ἐμβιβαστέον. Ψύξεος δὲ ὑπονοουμένης, καὶ καστορίου

macol. Sect. IX. c. 26. p. 136. Amomum *veterum*, *vexatissimum*, *apud Botanicos ſcriptores*, *vegetabile eſt*, *aliis aliud quid eſſe contendentibus: quodnam ſit in capite de Cardamomo oſtendemus*. Sect. XIV. c. 12. p. 276. Codd. A. et C. ἀμώμου. Eadem obſcuritas obſervabatur in arboribus, quas nominat Eupolis, de quibus hoc notat *Eunapius* Libanio p. 134. τὰ γοῦν Εὐπόλιδος δένδρα Δεσποσίαν καὶ Δαμασίαν οὐκ ἂν παρῆκεν, εἰ τὰ ὀνόματα ἔγνω τῶν δένδρων, οἷς νῦν αὐτὰ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι.

ἀδάρκης] Cod. E. ἀρδάκης.

εὐφορβίου] Codd. A. et C. εὐφολβίου.

ἀνὰ οὐγΓ. β΄.] Codd. A. C. et E. Γο. ς΄΄. Cod. B. ςΓ. γ΄.

Cap. XL. Cod. E. μα΄.

ὁ τρόμος] *Paulus* lib. III. c. 21. *Alexander* Aphrod. lib. I. probl. 18. *Caelius* Aurel. acut. morb. lib. III. c. 6. Auctor vitae *Homeri* p. 348. Delet articulum Cod. B.

ψύξιν] *Ariſtoteles* Problem. Sect. III. 5. ὁ δὲ τρόμος, γίνεται μάλιστα ἀπὸ ψυχροῦ. *Seneca* Natural. Quaeſt. lib. VI. c. 18. Codd. A. B. C. et E. ἐπὶ ψύξει τῶν μορίων τῶν νευρωδῶν. Jo. *Chryſoſtom*. Statuar. Or. X. p. 527. τοῦ ψυχροῦ πλεονάζοντος, παρέσεις, καὶ τρόμοι, καὶ ἀποπληξίαι, καὶ μυρία ἕτερα νοσήματα τίκτεται.

ἢ δίαιταν] Cod. E. καὶ δίαιταν.

unciae, castorii, adarcae, euphorbii, piperis singulorum unciae duae, opobalsami uncia.

DE TREMORE.

Cap. XL.

Tremor fit ex refrigeratione partium nervosarum, refrigerantur autem vel ob frigidum potum, vel victum frigidum, vel ob succorum frigidorum et glutinosorum praesentiam, oritur etiam in febribus mali moris. His corpus oleo sabino aut veteri vel sycionio perfundatur, et summa corporis seu extremae partes lanis integantur. At si inveteraverint febres, in oleum quoque descendant. Quod si adsit frigoris suspicio, castorium quoque potui dabi-

ψυχροποσίαν] Veteres graeci aqua frigida delectabantur, vid. *Casaubonus* ad *Theophr.* Char. c. 20. p. 207. sed Noni temporibus calida plurimum utebantur, unde medici frigidam aliquando aegrotis commendabant, ut noster c. 137. Quae sequuntur usque ad *γίνεται* ignorat Cod. B.

περιουσίαν] *abundantiam*, male interpres *praesentiam*, ac si legisset *παρουσίαν*.

κακοήθεσι] *Paulus* ἐν πυρετοῖς ἀκαίρως παραλυθέντος, sed locus non videtur esse sanus. Codd. A. et C. κακοηθωισι. Angel. *Politianus* Epist. lib. VI. ep. 5. p. 220. et lib. XI. ep. 10. p. 426.

τούτοις] Pro τούτων. *Synesius* epist. 79. p. 52. ἐν τούτοις τῇ πατρίδι τῶν πραγμάτων ὄντων, pro τῆς πατρίδος.

σαβίνῳ] *Plinius* lib. XXIV. c. 11. Codd. A. et C. σαμίνῳ. Cod. E. σισαμίνῳ. Literas μ et β eodem fere modo pingi in Codd. Mss. ac inde frequenter permutari notum est. Nostri codices exempla satis subministrant, ut hic c. 145. Codex B. et C. βενεψὶ habent pro μενεψὶ et c. 127. Codd. A. et C. ἰρρινόβρῳ pro ἰρίνῳ μύρῳ.

εἰ δὲ] Codd. A. et C. οἱ δὲ.

καστορίου] Codd. A. et C. καστόριον. et sic quoque Codd. B. et E.

